

DIVI  
HIPPOCRATIS COI  
APHORISMORVM,  
PARAPHRASIS POETICA

AVTHORE  
Petro Bulengero Iulio Janensi  
medico apud Thoartios

AD  
CLARISSIMUM AMPLISSI-  
mumque Virum Iacobum Mango-  
tum Regium in centum  
viralicuria Pa-  
tronum.

71541



PARISIIS,  
Apud Gulielmum Linocerum, in monte Diui  
Hylarij ad insigne Vasis aurei.

1587.

Cum privilegio Regis

0 1 2 3 4 5 6

IN DOCTISSIMUM MEDI-  
CVM PETRVM BULENGERVM,

*Francisci Guibaudet.*

**V**ix prius Ausoniis successerat ædibus hospes  
Ausonius medicum maximus Hippocrates.  
Doctorum & potuit ferte omnia pũcta virorũ,  
Et nomen, deli quo ferit astra poli.  
Nũc quãtos strepitus, quãtos plaususque ciebit  
Cui data sit grandis musa latina comes:  
Hactenus ausus erat nemo vulgare per auras  
Excultum doctis versibus istud opus:  
Ausus erat nemo (nequẽ enim dea passa fuisset  
Quæ facit argoico Pieris ore loqui)  
Sermonis solus linguæ tu doctus Achivæ  
Transferre in Latium dignus es Hippocratem.  
Excipere hospitio dignus, qui, crede, perennis  
Pro merito famę præmia magna ferēs.



AD CLARISSIMUM  
AMPLISSIMUMQUE VIR-  
rum Iacobum Mangotum regium  
in centum-virali curia  
Patronum.

O D E.



Angote, cuius nomen & ingeni  
Vis mira, latè Francia quàm patet  
Hinc inde, splendens inter omnes  
Emicat, & super astra fertur.  
Suprema quem nunc Curia regias

Causas tuentem suspicit, & graue  
Pondus ferentem fronte recta,  
Non humeris onere hoc remisissis.

Quis te, quis illis laudibus efferat,  
Quas tot mereris? cui ve animæ satis  
Ad intonandum totque lauros,  
Totque trophæa tibi excitata?

Dum victor atras, quæ miseros premunt  
Homunciones, tu nebulas procul  
Expellis, ignorantieque  
Disijcis insidias, & artes.

Et luce clara, fidus uti nouum  
Micas, serena nocte quod eminet,  
Silente Phæbe, quòdque Tethys

Oceani modo lauit undis  
 Et sol recedens clarior efficit,  
 Ac puriori lumine dat frui,  
 Sine Hesperugo, siue Mauors  
 Extulit, aut Iouis ignis, ora.  
 Sic puriori Castalidum vado  
 Ablutus, amplis auctus honoribus,  
 Mirandus & cunctis olympum  
 Vertice nobiliore rangus.  
 Nam quid latet te quod Latium prius,  
 Vel doctiori Græcia protulit  
 Quodcumque scripto? quid latet te,  
 Quod reliquos latuit vel omnes?  
 Non te poeta, fontibus auis  
 Sua baurientes mella, quibus tenent  
 Aures politas, & sonora  
 Decipiunt animos Camena  
 Non gesta quotquot maxima, vel domi,  
 Belloue narrant, vel trepidos reos.  
 Quicumque facienda tuentur,  
 Seu Danaum, Latinaue lingua.  
 Natura solum præterea suos  
 Duxisse tete creditur in sinus  
 Sic nota habes arcana quotquot  
 Iura alijs negat, & recondit.  
 Quis explicarit sensa animi sua  
 Politiori carmine, si fides  
 Pulsare Græcas, aut Latinas,  
 Liberius uelo qui placebit?  
 Quis iuris æque, quod studium tibi  
 Peculiare est, ancipites queat  
 Soluisse nodos? cuius veri

Plus decoris fuit arte in illa?  
 Sed vena nulli tam facilis fluat,  
 Ut possit unquam singula persequi:  
 Nec Musi tantum polliceri  
 Nostra potest, tenuesque nervi.  
 Nec te colentem propterea minus  
 Favore sulci, quique tibi libens  
 Offert rudes iussere quale  
 Pierides tibi ferre munus.

---

PREFATIO IN I. SECTIONIS

Aphorismorum suam paraphrasin  
 Quid vetat ad dulces iterū desistere Musas?  
 Desuetoque adeo pleetra furore sequi?  
 Aut quid inaccessos prohibet trāscēdere colles,  
 Qua via seducto tramite sola patet?  
 Non mihi se Phæbus, non se negat Aonis vnda  
 Sæpè petita meis, sæpe petenda labris.  
 Sed faciles mihi Castalides, sed fautor Apollo  
 Me vocat, inque suos attrahit vsque choros.  
 At mea nescio quæ procul his me fata reseruat,  
 Nec datur assueto quo prius ire pede.  
 Si tamen interdum libeat tetigisse Camænas,  
 Et solito argutas more ciere fides:  
 Non mihi iam vanis placeant mendacia nugis,  
 Quæque poetarum cætera turba probant.  
 Sed iuuet in nostras artes traducere Musas,  
 Nam mihi, ni medicus, nullus Apollo placet.

IN PRIMAM D. HIP-  
POCRATIS COI APHO-  
rismorum sectionem Paraphrasis  
Poëtica.

petri Bulengeri Iulindunensis  
Medici

**S**T breue quod nobis spatium conceditur æui,  
Et longa assiduos noctesque diesque labores  
Exigit ars: Præceptis at verò occasio penna  
Præcipiti fugit, & dubia experientia rerum,  
Nec nisi cum multo discrimine crimen in illa est.

Iudiciū haud facile est. Nec solū hoc sufficit, unum  
Officio functum esse suo. sed & ager, & agro  
Quisquis adest, obicit par est sua munera, ne quid  
Incidat externam, quod flamina prospera tardet.

Si quādo ut laxus fertur liquida alius habenis  
Sponte sua, & vomitus pariter grauis ora laceßit  
Qualia si purgari opus est purgantur, & illud  
Confert, & leuiter tolerat cui talia cedunt:

Sin minus, & contra grauiter, neque proficit bilū.  
Sic & ubi venis humorem educis apertis,

Qualia si cautus vacues vacuanda fuerunt,  
Confert, & leuiter tolerant queis talia cedunt:  
Sin minus, idque ferūt grauiter, neque pficit bilū.

Contemplare ergo regio quæ, & tempora quæ sint  
Ætatesque, & queis morbis vel conferat, aut non,

3<sup>o</sup> Athletis habitus bonus, ut bonitatis ad altum

Culmen ijt, dubij discriminis, atque pericli  
 Plenus hic, haud uno stat quippe in momine fixus:  
 Nulla quies ipsi est: & cum nunquam ille quiescat  
 Nec quod iam possit melius sperare supersit,  
 Reſtat ut in peius ruat. Ergo hunc saluere proſit  
 Absque mora vlla habitū nimia bonitate minacē,  
 Quò rursum incipiat refici, inque valescere corpus  
 Nec tamen extremum ad casum deducere vires  
 Profuerit, multum inde manet persepe pericli:  
 Sed qualis natura egri perferre valebit,  
 Huc vsque & deduc: sic & vacuatio quæuis  
 Ad summum ducens dubia, & discrimine plena.  
 Et dubium extremo conuulsas cardine vires  
 Instaurare adeò & summam reparare ruinam.

In tenui nimium victu, exactoque periclū est, 4  
 Perpetuò quando morbus se longius effert,  
 Atque diu durate parat cumque vrget acuus,  
 Si neque res postcit, neque rerum esflagitat vsus.  
 Rursum difficilis qui summa euasit ad ipsa  
 Est tenuis victus. Nam fraudi est, atque periculo  
 Replendo ad summum venisse, extremâque cuncta.

In tenui agrotos victū peccare memento, 5  
 Quare etiam noxa plus illis: omnia quippe  
 Quæ magna errata in tenui contingere victu  
 Consuevere magis quam paulo plenior i' e  
 Si fuerit. Quare sanis quoque plurima damna,  
 Qui tenuis victus valdè, exactiſque, minatur.  
 Nam grauius fertur, peccatum quicquid in illo est,  
 Hinc adeò exactus victus, tenuisque, pericli  
 Plus habet hęc, quã si quis paulum indulgeat agro  
 Optima ad extremos morbos, quibus vltima sola 6  
 Expectanda super, quæ verè extrema medela est.

- 7 Ergo tibi per acuta furit si sorte perartus  
 Flamma malj, & tollis des uit in ostibus ignis,  
 Ocyus extremique petunt membra agra labores.  
 Atque opus extreme tenuem considerare victum.  
 Sin morbus minus asper erit, minus anxius vret,  
 Largius ut dapibus liceat fulcire labantem,  
 Mollior extremis fuerit quo morbus, & ipse  
 Descende & summo tantum hoc de iure remitte.
- 8 Ast ubi ia floret morbus, tunc nempe necessum est  
 Vt tibi queratur ratio tenuissima victus
- 9 Illud in his rebus nec te obseruasse pigebit  
 Indicijs nixum certis, quod denique rerum  
 Aeger stet, quamue affectis sit viribus, anne  
 Sufficiat victu hoc morbi perferre vigorem  
 An prius effato languescant corpore vires,  
 Nec satis hoc fuerit victu, morbus ne faceffat  
 Ante, & sedato cursus velut impete sidat.
- 10 Ac quibus ad summum morbi properare vigorẽ  
 Ocyus aduertis, tenui ocyus vtere victu.  
 Si vigor in tempus differt sua serius orsa,  
 Qua prius ille premit, & tunc ia ia instat, & urget,  
 Tolle cibum: ante tamen paulo illum largius offer  
 Quo morbi insultum ferat aeger robore firmo  
 Quumque paroxysmis morbus se tristius effert  
 Contrabe vela cibus. quippe illo tempore ladunt.  
 Queis etiam certo redeuntibus ordine fatis  
 Languor adest imas depascens igne medullas  
 Deme cibũ, morbi cũ sese exasperat ardor.  
 Iamque paroxysmos, & eorum conditio qua,  
 Et morbus docet, & tempestas ipsius anni,  
 Circuitusque suo ducta incrementa tenore,  
 Sine die quoque insultat vis effera, siue



Alternis desewit, acerbaturque diebus,  
 Seu mage sera venit. Tū quicque apparet in ægro:  
 Vt si quis lateris morbo tentatur acuto,  
 Et subito apparet sub morbi exordia prima  
 Sputum, erit hic breuior morbus: si tardius exit  
 Longus erit, sed & urinae, & quæcūque per aluum  
 Excrementa fluant, quique exit sudor in artus,  
 Vel citò vel serò apparent, promittere fuerunt  
 Iudicij qui difficilis, facilisve futurus  
 Sit morbus, qui vel breuior, vel longior angat.

In quibus affecto dispersis vertice canis  
 Iam series non multa super, nec distita longe  
 Meta negant alios æquè ieiunia longa  
 Posse pati Post hos quibus atas proxima constat,  
 Et medio vitæ prouecta ut carcere currit:  
 Durius hi quorum tenera lanugine malas  
 Vestit adhuc primo vix vere ineunte iuuenta.  
 At pueri magis his ieiunia ferre recusant  
 Præcipue hos inter quicunque est promptior ardor  
 Quis etiam corpus iusta incrementa requirit.  
 Incitus his ignis sub pectore lurimus ardet,  
 Plurimus his ideo cibus esto: sin minus ipsis,  
 Fraudatum genio corpus tabescere cernes.  
 At senibus calor exiguus, qui fomite paruo  
 Indiget. hic etenim à multis extinguitur: unde  
 Non æque insultat senibus quæ febris acuta,  
 Si qua venit, toto rigidum cum corpore frigus  
 Hæreat, & vacua latè dominetur in aula.

Iamque pruinoso cum sidere tardus anbelat  
 Sol, hyemem, glaciemque ferens mortalibus ægris,  
 Et cum leta nouo tellus se vere remittit.  
 Ventriculo acensus stat plurimus insitus ignis

Tempore non alio longissima munera somni  
 Dulcius occludunt oculos, & pace quieta  
 Lumina componunt languenti victa sopore.  
 Quare etiam atque etiam sit victus plenior illa  
 Tempestate. Etenim multus calor insitus, unde  
 Pluri opus est victu. Docet etas, atque palestra.

16 Hos oēs febris queis viscera torret, & vrit,  
 Humidus imprimis victus iuuat: Attamen ille  
 Prasertim pueris alijsque hoc viuere patlo  
 Assuetis, gratúsque offertur, & utilis vsque est.

17 Nec quoq; contēnes quib<sup>9</sup> aut semel vtile, vel bis  
 Plúsve minúsve cibi, vel queis prabere vicissim  
 Conueniat Sedet hic etas, consuetáque victus  
 Obseruanda tibi ratio, regióque tenenda,  
 Et quo quemque anni curas in tempore morbum.

18 Quippe cibus multum officiat, si largior adsit,  
 Et cum flaua Ceres sitientibus aestuat aruis,  
 Et cum pomiferis Autumnus mensibus astat.  
 Vere cibos leuius tuleris, cumque omnia dura  
 Vexat hyems, gelidísque horret sub nubibus aer.

19 Cū rediniuus adest, morbiq; insultus acerbat  
 Circuitu rediens solito, fuge fercula cuncta,  
 N:u coge inuitos: sed quam prius illius aestus  
 Exurgit, tu deme cibos, tu fercula vita.

20 Cum morbi vis summa fuit, naturáque tentat  
 Iudicio veluti damnandum extrudere totis  
 Artibus. aut planè id fecit, nihil ipse moueto,  
 Nec quicquam molire noui, aut purgantia profer,  
 Cateráque irritant quacunque, fac omnia missa.

21 Quæ ducenda foras, quæ fert natura, ruitque  
 Præcipuè, hoc educ, modò ne loca commoda desint.

22 Sola tibi purganda scias, quæ cocta, nec unquã

*Cruda mouere ausus, sapiens, nedum impete primo  
Morbus adest, nisi mole sua, vitiove tumbunt.  
Quod saepe auertit vis insita materiai.*

*Corpore. quaecumque exierint censere caueo  
Mole sua: videas unum id. si qualia debent  
Exierint, leuiterque ferant quicumque laborant.  
Quinetiam possis donec mens lapsa labarit  
Siqua opus est, duxisse audax, modo viribus aeger  
Firmis extremum possit perferre laborem*

*Iam vero dum multa malis vis feruet acuti  
Rarò propines purgantia pharmaca, & illud,  
Insultu in primo, nec id inconsultus obito.  
Sed benè prouisa re, nota incommoda vita.*

*Nā quacū que nocent, & quae purgare decebat <sup>24</sup>  
Si purges, confert, & cedit leniter aegris.  
Sin cōtra, grauitèrque ferunt, neque proficit bilis.*



PRÆFATIO IN SEVNDAM  
 sectionem Aphorismorum Ad clariss. virū  
 Scævolum Sammarthane, questorem Francia.

S Ammarthane decus patriæ, lumēque tuorū,  
 Quo melius nemo pulsat vtramque chelym  
 Cuius ego allectus mira dulcedine Musæ,  
 Quam pariter mecum Francia tota stupet  
 Castalidos latices à prima incunte iuventa  
 Persequor, & duce te numina sancta colo.  
 Tu mihi quæ figenda forent vestigia primum  
 Monstrare, & tutum sternere luctus iter,  
 Aspice te summum Parnassi ascendere collem  
 Pieridū & castos ausus adire choros.  
 O quoties te nostra rudis, nascensque camæna,  
 Nec bene concordēs concinuere lyre?  
 O quoties hilari mea carmina fronte probasti,  
 Carmina quæ nobis primus Apollo dabat?  
 Te quoque nūc grādi par est applaudere Musæ,  
 Quæ tibi fert illa quicquid in arte potest.  
 si quid in arte potest illa qua maximus extas,  
 Quæque tuum nomen totus hic orbis habet  
 Ipse scio, quanquam diuina poemata tractas,  
 Et curæ infantum lumina prima tux.  
 Nostra tuo hortatu surgentia carmina laudas,  
 Quæ tibi sint animi pignora certa mei.

IN SECUNDAM D. HIPPO-  
cratis Coi Aporismorum sectio-  
nem Paraphrasis  
Poëtica.

Petri Bulengeri Iuliodunsis  
Medici.

**Q**uocumque in morbo noxam affert somnus, &  
ille

Pestem ac perniciem languor certam inuebit. At si  
Profuerit somnus, tibi mors non inde timenda.

Vtile id est, quoties somnus deliria sedat  
Et sopor, & vigili se corde in omnia versas  
Si modus abscedat tibi sit carbone notanda.

Non jeiuna fames, non copia plenior aquo  
Est bona, nec quicquid plus quam natura requirat  
Sponte sua lassus languent qui viribus artus  
In stantis morbi v' stigia proxima signant.

Quo is aliqua agra dolet pars corporis, atque do-  
lorum.

Vis multa haud tangit sensu his mens agra laborat  
Corpora quae multo tenuata a tempore marcet,  
Tardius instauranda cibo, & recreanda memeto.

Quae paucis collapsa, breui reparanda vicissim.

Si quisquam a morbo dapibusque indulget, & illis  
Non reficit lassas vires, certissima signa

Plura alimenta tibi corpus capere, atque ferendo  
Ipsam sit sed si quis fercula cuncta recusat,  
Aut nimium his non indulget, nec pristina virtus  
Ut postliminio redit, hunc purgare necesse est.

9 Corpora que purgare voles, face fluxibus apta  
 Illa sient, liquidoque ruant ceu lubrica tractu.

10 Quò nutris impura magis tu corpora, plus hòc  
 Inscius hæc lædis, frustra que improvidus instas.

11 Expleri liquidis facile, atque humentibus escis  
 Est magis, ac solida dape, cum cui fracta labat vis.

12 Quæ super in morbis, postquã quasi iudice certo  
 Lis discussa omnis, recidua incommoda præbent.

13 Quæis morbus summovires certamine tollit.  
 Ante paroxysmum noctem tolerare molestum est.

14 Quæ sequitur, leuior nox hæc plerumque videtur.  
 Proluvies cū vètris adest atque impetè magno

15 Aluus abit, mutant si se excrementa fluendo  
 Profuerit, modo ne in peius mutatio fiat.

16 Faucibus agrotis, aut toto corpore nato  
 Tubere quid moneat, spectâ excrementa: quibus si  
 Admixta est bilis simul egrû est corpus. At hæc si  
 Respondent sanis, nihil est nutrire pericli.

17 Cū ieiuna fames procul hic labor omnis abesto

18 Naturam præter si plura alimenta petita,  
 Morbus adest: docet id consuetæ forma medelæ.

19 Quæ subito, largèque simul nutrire videbis,  
 Illa etiam subito laxo de ventre feruntur.

20 Nec verò aut obitus, aut prædixisse salutem  
 Securè poteris penitus, cum morbus acutus  
 Scuit, & in venas quam latè incendia voluit.

21 Humida cui inveni fluit aluus, sicca fit illa  
 Progressu ætatis: inveni cui sicca, vicissim  
 Humida fit senio nigros albante capillos.

22 Vina famè tollunt si largo hæc hauseris haustu

23 Copia quos morbos peperit sola, ocyns illis  
 Hac exhausta abeunt. Si quos vacuatio fecit,

*Copia tollit eos: Perimunt contraria sic se.*

*Septima bis quæ lux morbum tibi finit acutum.* 23

*Quarta notat quæcūque mouet lux septima surgēs* 24

*Alteræ principium bis quarta à luce reposcit*

*Hebdomas undecimā obseruanda est: illa secunda*

*Quarta etenim hebdomados, sequitur q; septima rursū*

*Post decimam obseruanda tibi: quippe illa notatur*

*Septima ab undecima, ad bis septē quarta refertur*

*Quæcunq; in media quartana æstate fatigat,* 25

*Illæ ferè breuis, Autumno sed longa manebit.*

*Præcipuèque byemis quæ proxima frigora tanget.*

*Tutior est spasmus febris super, atque calente* 26

*Febre super spasmus exhaustos inuadere in artus.*

*His, quæ non ratione leuant, tu fidere noli.*

*Nèue metum valdè incutiant tibi si qua videntur* 27

*Dominanda, ultrà quam ratio, & res postulet ipsa*

*Spèque, metūque inter dubia hæc nã plurima, necq;*

*Permaneant multum, vel longo tempore durent:*

*Febris ubi haud leuis oïno est, & corporis æquæ* 28

*Prima manet moles, nec quicquam firma remittit,*

*Liquaturve magis, ratio quam flagitet ipsa.*

*Istud utrūque malū est: quippe illud tēpora morbi*

*Longa notat: signum naturæ at debilis hoc est.*

*Si qua monenda putas, morbo incipiēte moueto* 29

*Commodiūs verò morbo florente quiesces.*

*Nō ita principijs, nec sine incommoda sese* 30

*Morborum, atque graues casus efferre notantur:*

*Omnia debiliora: vigor quæ maxima profert.*

*Cui nihil indulgenti epulis, auideque petenti,* 31

*Proficit à morbo corpus, prauū ominis i. uel*

*Sæpe fit ut quisquis malè habet, si tēpore primo* 32

*Indulget dapibus, nec quicquam proficit, i. e.*

- Sub finem rursus appositas non appetit escas,  
 At primò oblatas se fortiter odit, & horret,  
 Posteriusque avidus petit has discrimine morbi  
 Enadit melius, tristisque incommoda noxa.
- 34 La morbo quocunque sibi mens constat, & eger  
 Componit bene se ad quaecunque oblata fruenda,  
 Indigetque cibis, faustum: sin victa labascit  
 Més nullaeque epulae arridet, plenus omne pericli est
- 35 Omnibus in morbis minus his solet esse pericli,  
 Quorum est affinis natura morbus, & aias,  
 Atque habitus bene conueniens, nec discrepat annj  
 Tempestas, quam queis nulli horum conuenit agror  
 Omnibus in morbis securius infima ventris,  
 36 Et medium circa, partes, abdomen, habere  
 Crassitiem: sin tabuerint, valdeque videntur  
 Attenuatae istud prauum est: dubijque pericli  
 Illud idem cum cui inferius medicamina danda-
- 37 Cui sanum, atque valens corpus, medicamine potò  
 Deficit, ut primum purgans vis se illius eijert:  
 Nec non & quisquis vitiosa alimenta capessit.  
 Haud facilis purgare operae est quibus integravirtus
- 38 Et bene corpus habet nullo languore propinquo.  
 Si quis deterior paulo potusque, cibusque est,  
 Et tamen arridet magis hic melioribus escis,  
 Gratis anteferas minus, at melioribus, illum,
- 39 Rarius innuadi morbis plerumque videmus  
 Profectos etate, ipso quam flore iuuentæ  
 Sed qui longi illos morbi afflixere, ferè sit,  
 ut reliquum etatis suprema ad tempora durent
- 40 Confectis senio ravis, narisque grauedo  
 Non maturatur naturæ viribus ullis.
- 41 Si queis deficiunt animi sepe, atque labassunt,  
 Fortius



Fortius idque malum est, quod nulla occasio nota  
Afferat, his subitum nempè est in limine letbum.

Attonitos subito veluti qui sidere tacti

Si noxa inuasit vehementior, ilicet illos

Non est ut possis certè subducere morti:

Quæ quamquã lenior, vix vlla medela saluti est.

Semianimi, penè eliso iam gutture si cui

Direptus laqueus, necdum sua fata peregit,

Non redit ad superos si spuma apparet in ore.

Si cui natura propenso sesquipede extat

Pinguis aqualiculus, multoque abdomine turget,

Huc mage quam gracili celeris vis funeris instat

Qui morbus fieri comitia iusta recusat,

Abscedit quibus haud atas iam floret adulta,

Vt sese immutatque atas, victi sique locusque

Est alius pariter, nec non & temporis hora.

Quem lacerat duplex dolor uno tēpore, partem

Haud unam simul exercens, vehementior alter

Obscuratque alium, sensusque exercet & angit.

Dū pus fit dolor est, febrisque frequētiōr urget,

Quam pure ut factio veluti natura quiescit.

Corporis in motu quocunque fatiscere vires

Cœpere, extemplo recreat cessatio lassum.

Assuescit solitos quisquis tolerare labores.

Debilis ille licet multisve grauantibus annis,

Insueto lenius tulerit iuvene, atque valente:

Quæ multos, peiora licet, consuetæ per annos,

Insuetis turbare solent minus. Ergo decebit

Inconsuetæ etiam suetis, tentasse, relictis.

Et argè & subitò vacuare, replere, calorem,

Frigusve inuehere, aut alia quæcunque mouere

Hæc, illac corpus, dubium, & discrimine plerum.

*Nam multum est quicquid natura infestius odit,  
At quod sit sensim securum, aliásque futurum est,  
Inque aliud quando ex alio transfere iubemur.*

92 *Omnia si facias, ratio ceu postulat, atque  
Non sunt ratio quæ poscit, parce moueri,  
Néve aliud petito, si quod visum ante manebit*

93 *Liberius quæscūque alius fuit humida, morbo  
Promptius expedias inuenes, quam sicciior illa  
Si fuerit: sede nim gelida aduentante senecta  
Ægrius: ut quæis tum plerumque hac sicciior exit.*

94 *Ingenui est certè iuuenescere corpore magno.  
Nec visu ingratum: sed deinde senescere in illo,  
Vtile non æquè, at peius quam corpore paruo.*

---

## IN TERTIAM APHORIS- MORVM SECTIONEM.

### PRÆLVDIVM.

95 **N**unc tibi quo vèti flatu, quo sidere morbi,  
Sæuiùs insultèt, vel mitiùs ægra laceffant  
Corpora, quæque illis ætas obnoxia, quæque  
Hos fugit, expediam: tu conditamēte teneto.

INTERTIAM D. HIPPO  
CRATIS APHORISMORVM  
sectionem Prefatio,

AD  
IACOBYM SAMMARTHANVM  
ET EIVS SAMMARTH.



*Ve quondam tibi voueram, medentis  
Lux, & gloria nunc repono rursus,  
Cui oracla senis: suis Latina  
Qua nobis numeris re fert, camæna:  
At tu munere non nouo petitus,*

*Natum participem tuum pusilli  
Doni suscipe, non tibi hic negandus.  
Si tu Asclepius alter, i' e prima  
Hac etate Latina, Græcæque ipsa  
Non callet minus, ac magistra quos iam  
Ætas longior omnis acta in harum  
Rerum notitia facit peritos.  
Et musis benè notus est utrisque  
Nec torquet modò doctus arte curtum  
Enthymema, sed & sinus profundos  
Naturæ speculatus omnis: idem  
Et mathematica diligenter illa  
Quæis certis numeris tenetur orbis,  
Et terræ spatia omnia explicantur,  
Et cælum petitur, paténtque quotquot  
Cæls sidera permeant sereno.  
O talis sobolem parente dignam,  
O dignum simili satu parentem*

IN TERTIAM D. HIPPOCRATIS  
 COI APHORISMORUM SECTIONEM Paraphra-  
 sis Poëtica.

Petri Bulengeri Iuliodunensis  
 Medici.

**E**mpora cum certa sibi decedentia lege  
 Mutatur, morbi omnegenus ruit aëre toto  
 Præcipuè, nec non qua tempestate repente  
 Frigorave, aut æstus valdè immutata fervatur:  
 Cæteraque assimili fieri quæ lege videbis.

Natura æstate hæc benè habet, vel læditur illa  
 Altera sic hyeme aut benè habet, vel læditur illa.

Atque alio hic alius benè vel malè tempore mor-  
 bus

Sese habet ex sese, naturæ & origine prima:

Nec minus ætates hac tempestate veli a,

Et victu et regione, benè, aut malè habere videtur

Tempore lux quocumque eadem modo frigore  
 torpet,

Nox calet, autumnimorbos sperare iubebo.

Aggravat auditum pluvio notus aëre tristis,

Luminæque obscura madidus caligine damnat:

Et caput ille premit: pigro torpore per artus

Infuso encruat vires compage soluta.

Talia cum regnat, totoque insanit olympo

In morbis speranda tibi. Si flamine sauit,

Atque pruinosas Boreas molitur habenas,

Plurima tu sis adest, stat faucibus aspera totis

Scabrites, prædura aluus, conamine multo  
 Vix vrina fluit: gelidus diffunditur horror  
 Membra per, & fibras: Latus indolet, angitur  
 ægrum

6

Pectus: ubi toto potior regnabit Olympo,  
 Hæc morbus spes anda tibi, penitusque cauenda.

Si veris tepidósque dies liquidúmque serenum  
 Sirius effæto mentitur fidere multus

7

Febribus in cunctis sperandus corpore sudor  
 Ast æstu in summo quum squalidus æstuat ær,  
 Febris acuta oritur: qualis si degitur annis  
 Plurimus, ut cæli fuerit flagrantis imago,  
 Talis erit nobis sperandus sæpius ægor.

8

Tempestatas quoties constat sibi, & omnia fiunt  
 Tempore tempestiua suo sibi constat & ægor,  
 Iudicio & facili natura hunc pellere sicut.

Sin illa instabilis nec certa lege mearit  
 Certa etiam morbi, aut stabilis non vna manebit  
 Conditio, ancipiti sed sese examine pendet

10

Autumno vis morborum rapidissima fertur:  
 Nulla magis crebro tempestatas funere sanit  
 Sæpius. At contra veris sanissima mulcet  
 Hora, & vix æger quisquam pestem oppetit illa.

11

Autumnus grauis his queis labes conficit artus.  
 At tempestatas inter si squalida tota,  
 Totaque Threicij Koreæ violentibus alis  
 Horret byems: si vere nouo pluuiæque frequentes,  
 Sæpius & madidis Notus imbrifer aduolet alis,  
 Hic messe in media rapidique sub axe Leonis  
 Febris acuta frequens aderit, lippósque rubore  
 Scintillare oculos multa ratione necesse est,  
 & duro in ventrem grassari tormina morsu:  
 Humida cui natura caue, mulierque timeto.

12 *Si pluuibus madidæque nota tepidæque calore  
 Adblanditur hyems, ver siccum horrescit ab aura  
 Spirantis Boreæ, tum quæ paritura Fauoni  
 Flamine sub primo facilem patietur abortum,  
 Et crudam quæ vis de causa ciecerit aluum.  
 Si qua parit, sætum imbellem, miseræque puellum  
 Sorte parit, morbi comites cui tempus adomne,  
 Vt subito aut animâ vix haustas fundat in auras,  
 Aut macie exanguis, morbis obnoxius usque,  
 Infaustam infelix toleret vix denique vitam.  
 Termina mox reliquos, sicque, dolore rubentes  
 vexabunt oculi, subito tum sonere teter  
 Ingruet in canos capite exundante catarrhus.*

13 *At si estas Aquilone tepet, squalêtque, notisque  
 Autumno multus, pluuiæque è nube perennis  
 Imber eat, bruma capitis dolor, inde grauedo,  
 Et tusses aderunt, & faucibus aspera ranis.  
 Sunt quorum in tabem præceps natura feretur.*

14 *Si Boreæ afflatu, non vllis imbribus auctius  
 Squaleat, humenti natura commodus, atque  
 Famineo generi interea sed lumina lippa  
 Efficiet reliquis, sicquæque rubentia sorde,  
 Corpore tum toto febres accerset acutas:  
 Longa grauedo premet: bili queis percitus atra  
 Sæuiet in cunctos cerriti more timendus.*

15 *Ex variis verò, quæ tempestatibus anni  
 Sicca magis prorsus sana est, quam si aère denso  
 Eripiant oculis flammata mentia mundi  
 Nubila, nec multa grassatur strage perinde.*

16 *Quippe ubi perpetuæque imbres, & plurim' humor  
 Sidere sub pluuiæ cadit, illo tempore febres  
 Sunt longæ, atque ferè nimis fluit impetus alui.*

Putrida tum labes toto se corpore fundit:  
 Exoritur quoque qui membris languore profusus  
 Insilit, & media spumantem offundit arena  
 Morbus: & attactu veluti qui sideris urget  
 Et sensu, & motu cassos: tum faucibus hostis  
 Angina. At verò sicco phthisis aëre multa.  
 Inque oculos diræ irrepunt contagia labis.  
 Articulósque petens tabes inimica per omnes  
 Serpit. & ex alto veluti quæ pendula tecto  
 Stiria vix tepidi tabescit lumine solis,  
 Stillatimque cadens guttam mox gutta sequuta est  
 Sic vrina fluit: tum tormina crebra fatigant. 17

Quinetiam cæli quæ quaque in luce videtur  
 Conditio, Boreæ rigidis si flatibus borret,  
 Corpora condensat, robusta & alacria reddit,  
 Floridus & roseum delibat in ora colorem.  
 Auditum exacuit, ventremque exsiccat, & angit  
 Lumina mordaci sensu: Tum pectore si quis  
 Ante dolor, furit ille magis. Sin turbidus auster  
 Ingruat, effæto languescunt corpore vires, (alta  
 Humida mæbra, graue & caput indolet, aure sub  
 Sensus hebes, cuncta ingyrum vertigine credas  
 Torqueri, & raptum corpus vix posse tenere,  
 Luminâque in stabilem, & corpus cõnisse rigorem,  
 Difficilis valde ut motus nullusve super sit.  
 Interea nihilo stat Segnior impetus alui.

At tempestates inter, quæis carcere vita 18  
 Curritur in primo, quique illis proxima tangunt  
 Limina, vere magis, primâque æstate valentes  
 Optimè agunt. sanique magis quam tempore quouis  
 Hinc æstate senes, & certum tempus adusque  
 Autumni. Autumno at reliquo, brumâque vigente

*Quæis media est ætas, pariterque ab utrisque re-  
mota.*

19 *Faque scias morbos posse omnes tēpore in omni  
Corripere spatia, & cœlo de currere aperto:  
Attamen bac alijs ali. se efferre videntur  
Tempēstate magis, sævāsque exurgere in iras.*

10 *Vere quidem, viridi tellus cum germine turget,  
Omne genusque micant variantia prata corollis,  
Et furor, & biles atra, & suffragia rumpens  
Morbus adest, multo naris completa cruore  
Diffluit anginaeque virgēt, & multa grauedo:  
Tum raris fauces exasperat, & quatit agros  
Tussis, tum vitium quod ducit ab impete nomen,  
Et lepra emergunt, alibi, & tubercula multa,  
Plurimāque informi subit ulcere pustula torquēs,  
Et dolor articulus duro languore moratur.*

21 *Æstate istorum quædam: Tum corpora febres  
Continuæ exercent, quæque ardens viscera torret,  
Quæque per alternas rediuvina insurgere lucēs  
Asolet, aequato dimensa examine tempus,  
Et quæ quartano dedit sua tempora motu:  
Tum vomitus, ventrisque fluor, tum lumina lippo  
Inflammata malo, dolor auribus, ulcerāque ori,  
Putredo inguinibus, maculosus corpore sudor  
Succedunt, varijsque malis se noxia iactant.*

22 *Autumno istorum bona pars, erraticæ febris,  
Et quartana lien tumido ligat ilia vinclo,  
Aret hydrops, phthisis annoso furit improba mor-  
bo*

*vesica inclusus guttatim tardior humor  
Liquitur, intestina angunt malè tormina, lænor:  
Sævit & occultus victa coxendice morbus*

*Quæ*



Qua conivalla haerent femori certo illa vinclo:  
 Tum genus angina, tum creber anbelitus urget,  
 Voluulus, & morbus qui dicitur fonticus instat:  
 Et furor, atque atrae biles grassantur ubique.

23 At verò ut pennis Aquilonis inbarruit aër,  
 Et later, & pulmo morbo tentantur acuto,  
 Corpus & ex angui prostermitur omne veterno,  
 Et tussis, raris subeunt, humensque grauedo,  
 Et misero immitis morbus sub pectore sauit,  
 Aut latere, aut lumbis haerens iniuria torquet:  
 Nec caput est immune mali vertigine caelum,  
 Et stupet emisso ceu qui Iouis igne petitus

24 Respice & aetates varias: incommoda cuique  
 Sunt sua. Qui primo stantes in limine vitae,  
 Vix dum etiam liquidas hauserunt luminis auras,  
 Ulcere feda lues illis depascitur ora,  
 Et vomitus, tussisque subit, tum insomnia, terrorque  
 Et medius venter flamma rapit, humilisque auris.

25 Iamque ubi molirique via, & se prodere dentes  
 Incipiunt, morsu prurit gingiva, doletque,  
 Febris adest, corpus conuellitur, impete magno  
 Aluus abit, sed praecipue prodire caninos  
 Cum cernes dentes, & ei crassissimus inter  
 Qui fuerit pueros, tum si cui siccior aluus.

26 At quibus haec etiam prouectior aduenit aetas,  
 Faucibus in medijs multus tumor instat ad isth'mum  
 Et collum introrsum cedit, qua firmiter haeret  
 Occipiti primo: Tum creber anbelitus artus,  
 Aridaque tra quatit: vesica calculus asper  
 Excoquitur: vermes media intestina rotundi,  
 Ascariidesque extrema petunt: verrucaeque multa  
 Prominet, oblongisque tumor pone os fidet aures

Strumique cervicem circum scapulasque pererrat  
 Atque alia exurgunt tubercula, sed magis illa  
 Quæ memorata, ista senire ætate videntur.

27 At quibus hæc etiam prouecta est longius ætas,  
 Primaque iam pubes, illis mala plurima præsto  
 Istorum atque magis febris diuturna minatur,  
 Naribus & multus dimanat sanguis apertis.

28 Plurima quæ pueros urgent mala, Delia lampas  
 Quæ renouata quater decies vel indicat illa,  
 Septima vel curuo rediens Laton cornu,  
 Vel septem Phœbi circum sua sidera cursus,  
 Vel prima ut pubes molli lanugine vestit  
 Inguina. At hoc pueris si quæ non limite noxæ  
 Cessare, aut mulier cum primum menstrua soluit,  
 Filla solent longum plerumque manere per æuum.

29 At iuuenes purum persæpè è pectore sanguem  
 Educunt, tabe, & feбри vexantur acuta:  
 Hos quoque qui morbus sacer est violētior urget:  
 Pluræque præcipuè tamen hæc quæ dicta, fatigat.

30 Quæis verò a primo magis ætas flore recedit  
 Grandior, hps creber diuexat anhelibus oris:  
 Et latus, & pulmo morbo penetrantur acuto,  
 Sternitur exanguis corpus sæpe omne veterno,  
 Atque phrenesis adest, febris ardens exta perurit  
 Ipse diu effreni præceps fluit impete venter.  
 Et cholera, & leuor premit intestina, grauântque  
 Tormina sunt imo sanguis quæis podice manat.

31 Quæ postquam ætates spatio fugere peractio  
 En senium tibi difficiles mox æeris haustus  
 Inuebit, & crebra metuendos tussæ catarrhos:  
 Ocyus urinas cobibet, guttæque cadente  
 Stillatini effundit: coquiturque in renibus ardens

*Calculus: articuli multo languore fatiscunt:  
 Omaiâque in gyrum vertigine raptâ videntur:  
 Sidere percutitur corpus, macieque tenaci  
 Languescit, prauus que habitus depascitur artus.  
 Ad acie quod & cute desinit pruritus in alta,  
 Et totum lacerat corpus noctesque, dièsque,  
 Nec cupidis blando datur indulgere sopori.  
 Humida mox, nares, oculique, aliusque fatigant,  
 Obtusâque acie ducunt glaucomata peplum,  
 Surdior auditus voces malè captat inanes.*

C ij



IN QVARTAM D. HIP  
pocratis morum sectionem.

PRAEFATIO.

AD DOCTISS. VIRVM

*Martinum A'ariam Medicarum artium  
professorem Regium.*

Vm te Parrisi] tui penates,  
**D** Voluentem veterum erudita scripta,  
 Et nunc Hippocratis tui libellis  
 Intentum, modo fruge te Platonis  
 Aut Aristotelis disertiori  
 Implentem retinent: & ore docto,  
 Quæ labore tuo parata cuncta  
 Te scholæ, iuuenûmque turba multa,  
 Quæ frequens tibi, cernit explicantem:  
 Nec non ingenio omnium capaci  
 Authores legis, & reuoluis omnes,  
 Seu græco, aut Latino loquantur ore:  
 Et quæ singula, non sine hac medendi  
 Artis notitia tenenda in illis,  
 Doctus persequeris, facisque nota:  
 Et crebrò quereris tua ista cœpta  
 Abrumpi, renocante te frequenti  
 Ægro, cui medicam feras salutem,  
 Et morbo recrees nimis premente:  
 Nos Martine, quibus tui perennis  
 Restat mentio, pectoris que in alto  
 Quæis insculpta sinu tua est imago,  
 Nos, quæis otia longa, quæ Camœnæ

Deposcunt sibi tota, & istæ & illæ,  
 Quæis cum ludimus, & iocamur vnâ,  
 Hæc tibi monumenta dedicamus  
 Cultus illius, illiusque honoris  
 Quem par perpetuum tibi est haberi.  
 Parua munera quis tamen negabit?  
 Sunt parua illa quidem, sed æstimanda  
 Pluris, quod memori tui profecta  
 Mente: non aliter Ioui supremo  
 Parua sæpius hostialitatur.



IN QVARTAM D. HIP-  
pocratis Coj Aphorismorum  
sectionem Paraphrasis  
Poëtica.

PETRI BVLNGERI  
Iuliodunensis Medici.

LUNA quater postquam latuit, quater orbe  
reuerfa,

Septima nec curuo redijt Latonia cornu,  
Pregnanti, si forte tumet, purgantia profer  
Pharmaca: sed minus illa dato quàm septim<sup>o</sup> inflat  
Mensis. At ante, vel vltterius tentare càuendū est

Quum purgas ea duc quæ spōte abestia profini  
Quæ contrá exierint, quàm primum omnia siste.

Quæ purganda tibi si purges, ilicet agro  
Confert, & leuiter tolerat: si, durius illi est.

Aestiuo sub sole, Ceres cum flaua frequenti  
Falce cadit, vomitum cieas magis, atque rigente  
Bruma, aluum potius ducas medicaminis haustu

Difficilis, siccas in sana canicula messes  
Dum coquit, & lauo contristat lumine coelum,  
Aut vbi iam exortu proprior, purgatio cedit.

At vomitum gracili, & facilis si cui ille, cieto:  
Dum modo nē gelida tentes id tempore brumæ.

Sin cui difficilis vomitus, moderatāque carnis  
Copia, sollicites aluum ni te impedit aestas.

At quibus exanguis tabes confecerit artus,  
Vitandus vomitus, melius purgabitur aluus.

qui bile tument, tu largus aluum  
Excideas: sic cuique sibi contraria profer.

10 Cui febris valde acris adest, & acuta perurit,  
Si tumet, hic eadem purgato luce, morasque  
Tolle omnes: namque haud cessandum hoc cardi-  
ne rerum.

11 Tormina quos, mediòque labores ventre laces-  
sunt,

Et lumbos dolor exercet, quam pocula nulla  
Compescunt, nec sese alia ratione remittit,  
In siccum hydropem vis morbida de finit omnis.

12 Quis aluus, veluti laeuore obsessa fatiscant  
Intestina fluit, vomitu hos purgare cauet  
Omnia cum cana torpent concreta pruina.

13 Difficilem elleborus vomitum cuicumque cicit,  
Quam prius exhibeas illum requieque, cibusque  
Pluribus assumptis face ut lumida corpora reddas  
Elleborum ut quisquã biberit, magis motibus illis

14 Corporis exerce: somnis minus utilis ipsis,  
Et requies fugienda magis: qui carula verrunt  
Aequora, spumateisque impellunt remige fluctus,  
Corpora quod motus perturbet, scire fatentur.

15 Elleborus quoties vis plura è corpore ducat,  
Motu opus: At somno, & requie cessare iubebis.

16 Ellebori non noxa leuis cum corpora sana  
Hinc rigor in nervos et enim, & distentio sauit.

17 Cui sine febre cibi fastidia magna, furitque  
Corde dolor, cacàque oculis caligine mersis  
Omnia torqueri in gyrum distraeta videntur,  
Tristiàque ora gram, sensu distorquet amaror,  
Huic offerre opus est purgantia pocula sursum.

18 Pectore qui sauit dolor, & medicamina pose.

*Quae sursum purgent medicamina poscit: at imae*

*Qui dolor in partes furit, hic contraria poscit.*

19 *Quos nulla epoto sitis à medicamine torquet,  
Purgari haud cessant donec sitis ora laceffat.*

20 *Si febre expertem torta intestina fatigent,  
Genua labent, lumbosque dolor grauis occupet, illi  
Ducta aluo quod purget, opus medicamine scito.*

21 *Sponte sua si nigra aluo currente ferantur,  
Quale nigrā est sanguen, seu febris plurima venas  
Torreat, inque altas deseuat igne medullas:  
Seu febris non vlla subest, discrimina mille  
Impendent agro capiti: grauiorāque praesto:  
Multiplici quo cuncta magis distincta colore.  
Tūtius est hausto fieri id medicamine cuiquam,  
Quoque magis varius color, hoc minus inde pe-  
ricli.*

22 *In morbi insultu primo si prodeat atra  
Eilis seu vomitu, sine imo in gloria ventre,  
Nulla salus adeò misero queat esse saluti.*

23 *Quos longus morbus, febrisve attrinuit acuta,  
Vulnerēve inflicto macies depascitur artus,  
Corporis aut aliter moles submissa labauit,  
Bili illis atra, vel nigro sanguine quouis.  
Egesto, certo exitio hos lux postera mactat.*

24 *Pestiferū est ventrem quoties inimica laceffunt  
Tormina sibili incipiant se promere ab atra*

25 *Quicūque ore exit sanguis malus, utilis aluum,  
Qui petit, atque niger decliuū tramite fertur.*

26 *Torminibus si quis misere laceretur, & idem  
Qua sibi et cunctis carnes, certa omina mortis.*

27 *Quae in febre cruor multus se naribus effert,  
Vel quacūque alia prorumpit corporis ora,*



*His ubi vis repressa mali, recreatâque membra  
Incipiunt primum sensim instaurare vigorem,  
Aluus proluvie multa resoluta liquefcit,*

28 *Bile quibus suffusa aluus quacunque regeffit  
Auribus his super hoc surdis, iam talia cessant  
Queis obtusa aures, iis tum talia cessant  
Bile ubi iam suffusa aluus quacunque regeffit.*

29 *Qui rigor in febre est sexto sub lumine Phœbi,  
Iudicij grauis hic morbum spondere videtur.*

30 *Queisque paroxysmis certis se exasperat ægor  
Hora eadem febris hesternâ qua luce remisit  
Postridie si forte redit, spes anxia restat,  
Iudicijque grauis morbus portenditur inde.*

31 *Quos in febre premunt lassi cœn corporis artus,  
Præcipuè abscessus illis inuadere cernes  
Articulos, iuxtaque genas loca proxima queque.*

33 *Si quibus à morbo vires reparantibus agras  
Pars dolet vlla, patet nimirum abscessibus i a.*

34 *Qui netiam si pars morbû ante dolore grauata,  
Huic grauior clades, morbusque hanc firmior ur-  
get.*

35 *Febris ut euicla dominatur peltoris arce,  
Gutture si cuiquam nullo apparente timore  
Spiritus obnitens subito suffocat, & angit  
Parcâ grauis certo languentem destinat orco.*

36 *Cum victrix febris intestina incendia voluit,  
Si quenquam subito ceruix peruersa fatigat,  
Nec facile est quicqua ieiunam ut mittat in aluû,  
Interea timor insurgit non faucibus ullus,  
Lanificas non est illi exorare sorores.*

37 *Qui febrî incepit sudor, si tertia primum  
Lux videt hunc, vel quinta, bonus: Tum septima,  
nona*

...a, & super hac qua tertia, quaeque resul sit  
 Septima post decimam, vel que vice sima prima,  
 Et sexta ulterius: Tum quae tricesima, quaeque  
 Quarta supra est: Talis sudor inuat omnis & ipsa  
 Finire assuerit morbum: secus inde laborum  
 Argumenta tibi, serique in tempora morbi:  
 Et recidiva die certo expectanda paratur.

37 Frigidus in febre est qui sudor obortus acuta,  
 Nuntiat exacta feralia tempora vitae.

Mitior ut febris, longa est tamen illa futura.

38 Quaque fluit sudor demum de corporis ora,  
 Hic morbi sedes, hinc labes fusa per artus.

39 Quaque in parte calor, qua frig' corporis haeret,  
 Hic morbi ostenditque focum primamque fauillam.

40 Cumque subit toto mutatio corpore crebra.  
 Et modo succedit calor, & modo frigora regnant,  
 Datque alias alios ager saepe ore colores,  
 Ne spera morbi extremum, sine quoque propinquum.

41 Corpore si madido venis fluit undique sudor,  
 Lumina dum molli languent deuincta sopore,  
 Sudoris neque causa patet, signum illud obesse  
 Plus dapis ingestum. At parco si talia victu  
 Apparent, signum hoc purgantia pocula posci.

42 Qui multus fluit assidue, seu frigidus ille,  
 Seu calidus sudor, morbum, si frigidus exit,  
 Maiorem ostendit: calidus sin ille minorem.

43 Cui febris nulla est requies, sed seuior urget  
 Altera Pbæbeg sub lumina lampados, illa  
 Tristior atque egro discrimina plura minatur.  
 At quaecumque quies illi, caret ipsa periculo

44 Quae febres longa tubercula, siue dolores  
 Articulos bis inuadunt, miserisque fatigant.

- 45 *At quibus articulos tubercula siue dolores  
A febre inuadunt, hi plura alimenta capeffunt.*
- 46 *Si rigor incidere febrī quae nulla remittat  
Viribus attritis, patet vltima linea rerum.*
- 47 *Cui febrī pax nulla, in ea quacunque screeantur  
Liuida, sanguineo seu sint suffusa colore,  
Putidāue, aut flaua admixta pallentia bile,  
Cūcta mala. At facile exierint quae, cōmoda seper.  
Est alijs eadem ratio, seu ventre serantur,  
Seu vesica. At quae cedentia partibus illis  
Nil prosunt, multum illa mali dānique minātur.*
- 48 *Cui febrī requies nulla est, si externa rigescunt  
Frigore, visceribusque ardent incendia in artus  
Maxima, & ora aestu grauior sitis arida torquet,  
Morbida vis in cor mæstum cum diditur agris*
- 49 *Quicūque in febris cursu, quae nulla remittat  
Labra, supercilium, nares, contortaque cernis  
Lumina, si offusa penitus caligine languet  
Visus hebes, si surda sonis non tangitur auris,  
Viribus in fractis, exhausto corpore, quicquid  
Contigit horum, aeger leti tibi limine in ipso est.*
- 50 *Cui febrī nulla est requies, si spiritus ore  
Difficilis, si mens animi delira labascit,  
Haud dubiè pallens ipso sublimine letum est*
- 51 *In febre abcessus non primo siue soluti  
Longius ostendunt tardum procedere morbum*
- 52 *Quae febre, aut alio quouis languore retentis  
Sponte sua illacrymant oculi, nihil inde sinistri:  
Quae non sponte sua illacrymant, absurdus omē*
- 53 *Quae lentus circum dentes a nascitur humor  
In febre, his febris uehementior intima torret*
- 54 *Sicca diu tussis quos paulum irritat & angit,*

Non valdè ardentì situs illis febre molesta.

55 Quã bubo exortus tumidòque sub inguine tuber  
Excierit febrem, mala, si plus luce moratur.

56 Cui multas febre afflictio superingruit humor  
Sudoris, neque febris abit mali id ominis esto.  
Longior hinc morbus, hinc bumida membra no-  
t antur.

57 Cui membra iniussomotu convulsa trabuntur,  
Aut rigor intentè vexat cervicis, & angit,

Si febris super orta, malum mox omne quiescit,

58 Febre sub ardentì natura ubi victa labascit,

Si super ingruerit rigor, hic solet esse salutis.

59 Tertia quam febrem rediuviam aurora reuisit,

Si sincera suat, veròque hoc nomine digna.

Circuitus vix septem ultra sua tempora differt.

60 Quis-cunque in febrì surda fit ut aure relatæ

Nequicquam feriant voces, si sanguis apertis

Naribus erumpit turbatæve profluit aluus,

Auribus bis vis prima redit, morbusque faceffit.

61 Si febre afflictum imparibus non illa diebus

Deseruit, rediuvia solet mox deinde reuerti.

62 Quis in febre, prius Phœbi quam septima læpæ

Fulgeret, & fufis dominetur luce tenebris,

Regius ortus erit morbus, dico omine prodat

63 Quis in febre die rigor omni contigit, illis

Quoque die finem febris quoque novit aspici.

64 Quis in febre dies seu septima, novæve fulget,

Aut etiam undecima, aut decimam post quarta re-

nata,

Regius ingruerit morbus, spes inde salutis:

Dura modo non impediãt præcordia dextra.

Sin dura illa tument, intutum & fidere noli:

- 65 Cui febris, vebemēsq̄ue altum ventrem obsidet  
ardor,  
Vellitur & morsum os stomachi, prauū ominis id  
est
- 66 Febris acuta premit si quem, & distētio nervos  
Occupat hic, vebemēsq̄ue dolor grassatur ad alta  
Viscera. triste malū hoc, & multa pericula prae sto.
- 67 Cui febrī a somno terror, distentiōue instat  
Nervorum solet haec multi plena esse pericli.
- 68 Spiritus offensu alterius ceu corporis harena  
Damnandus tosta ignescunt cum febre medulla.  
Quippe trahi notat, & conuelli in pectore fibras.
- 69 Quae crassa, & pauca urinae, in grumosque  
coacta,  
Nec febris prorsum omnis abest, si copia deinde  
Prodierit tenuis iuuat hos: sed talis abibit  
Praecipue urina his, quibus aut iam tempore primo,  
Vel citò in urinis quid subsedisse notaris.
- 70 Quae in febre fluit turbata, & qualis equorū  
Urina esse solet, iam iam tormenta vel illos  
Exercent capitis, vel mox noua damna ciebunt.
- 71 Septima quae febre lux finitura videtur,  
Urinae his rubicunda natat nubecula summae,  
Quarta ubi puniceo exilijt Matuta cubilj:  
Ceteraque haud alia, fieri ratione videntur.
- 72 Quae alba urina, & pellucens, his mala scrua:  
Tales praesertim cum bile emota feroci  
Sede sua mens est, turbataque se ipsa requirit.
- 73 Murmur ubi auditur, praecordiāque alta ca-  
ebinnant,  
Ut dolor ingruerit lumbis, aut impete magno  
Effusa alius abit, creperbue sonore ruentes:

Profiliunt flatus, urina aut copia prodit  
Plurima, si venis ignescit febris in altis.

74 Spes quibus articulos abscessibus esse tenendos,  
Liberat his quæ multa fluit, quæ crassa videtur,  
Atque alba urina est, non nullis quæ abire  
Incipit in febris quæ cassis artibus inflat

Quæ ubi parpareas eos perstrinxerit auræ,  
Sinetiam sese sanguis bipatentibus effert,  
Naribus haud mora, iamque metus procul omnis  
ab esto.

75 Si sanguis, si pus miellum est, vel renibus ulcus  
Vesicæ late serâ sanabile cura.

76 Cum crassa urina quæis parua carûcula prodit  
Sive pilorum quid specie his à renibus exit.

77 Cum crassa urina quod forma surfuris exit,  
Vesicæ scabiem hoc aperit, proditque latentem.

78 Spõte sua quicumque vllum minxere cruorem.  
Scire licet ruptam venam quæ renibus insit.

79 Quæis velut admixta urina subsedit arena,  
Vesicæ inclusus miserè illos calculus angit.

80 Si sanguis miellu, vel grumus sanguinis exit,  
Guttatimue urina fluit, tum ventre sub imo  
Stat dolor, & femorum quæ se discrimina tangüt.  
Vesicæ malum aut vicinis partibus hæret.

81 Si sanguis si pus miellu est, squamæque frequetes  
Et grauis afflât odor, vesicam conficit ulcus.

82 Quæis via qua sese saccatus totius humor  
Corporis, effundit, planè intercepta tenetur,  
Tubere, concocto cum pure effringitur, illic  
Ilicet omne malum nullo cogente facebit

83 Plurima si noctem medijs ducentibus astris  
Urina effusa est, hic parcioregerit alius.

39  
IN QUINTÆ APHORIS-  
morum sectionis paraphrasin  
Præfatio.

*Ad nobiliss. doctissimamque puellâ Camillam Mo-  
rellam C. L. V. I. Morelli  
Ebredun. Filiam.*

**D**OCTA Camila, Camilla tui laus vnica sæcli,  
Quæ superas veteres quotquot, honore  
Deas.

En etiã memor ipse tui, & memor vsq; parētis,  
Quem colui, & memoti nunc quoque  
mente colo.

Te quoque mirabar diuinâque corda sororum,  
Quas tibi, quas patriæ mors inopa tulit.  
Quarum ego crudeles defleui funeris horas,  
Ad mutû & questus plurima sũ cinerẽ.

Hei mihi, tene igitur Lettis Lucretia, tene?  
Tene etiam inuidit Parca, Diana, solo?  
Nec potuere cruces immania pectora diuæ  
Flectere, nec solitam ponere duritiem?

Vsque adeón' rarû quicquid fugit ocyus Euro,  
Primâque laus semper, ceu rosa prima, cadit?  
Quæ multa ad vanam defleui sæpius vnam.

Nuncque etiã mœstum talia flere iuuat.  
Enanimi monumenta mei, cultusque, Camilla,  
Quæ nostri Hippocratis fautor Apollo canit.  
Hic tibi non ignota refert, cui cognita cuncta,  
Quamque nihil toto quod sit in orbe later,  
Nec dubito, memorẽ sæpe amplectere Thaliã,  
Officiumque tibi munere maius erit

40  
D. HIPOCRATIS COI  
Aphorismor. sectionis  
quartæ.

PARAPHRASIS POETICA

Petri Bulengeri Ialiodunensis  
Medici.

- 1 **S** I pote elleboro nervos distentio tentat,  
Ultima fatalis ventum est ad tempora metæ.  
Vulnere si super influcto distentio nervos  
2 Occupat, extremo certatur cardine vitæ.  
Multus ut erupit sanguis, distentio nervos  
3 Si super aut singultus habet, dirum omen id est.  
Si plura exhaustit quam par medicamen, & inde  
4 Distentæ fibra nervorum, aut crebrior ora  
Singultus quatiat tristis sit id ominis instar.  
Si quisquam multo diffusus pectora Baccho,  
5 Dat velut exanimis, mutusque repenti ruina,  
Convulsis perit hic nervis, nisi febris oborta.  
Aut crapula excussa iam iam alta silentia rûpat.  
6 Cui tentis cervix nervus immobilis hæret,  
Occidit ille diem quartum intra: evadere qui si  
Hinc potuit, spes inde tibi sit certa salutis  
7 Quem sacer exercet morbus pubem ante, valere  
Mutarique potest: si lustris, quinque peractis  
Vel novus insultet, vel non decesserit ipse,  
Ille fere summe manet usque ad tempora sortis  
8 Quem lateri influcto morbo languere videbis,  
Huic si intra lucas bis septem pectore ab alto  
Non omnis sentina foras educta, recedit,

Fluct



*Ilicet in putres vomicas vis morbida tranſit.*

9 *Pulmonem tabes præſertim inuadere viſa,  
Iam tribus exactis luſtris tribus inſuper annis  
Terdena, & quina ulterius dum aduenerit aſtas.*

10 *Faucibus angina obſeſis euadere quisquis  
Viſus erit: ſi pulmonem mox ſelectat in altum  
Omne malū, exitio eſt ſeptē intra lumina Phœbi:  
Quæ tamen vt fugiat coit omne bis pectore Virus,  
Et vomica exurgit multo tibi purè moleſta.*

11 *Tabida quæis pulmone lues depaſcitur artus,  
Si, quæ ſputa edunt, exhalent, tetra mephitim,  
Volcanòque iniecta graui prodantur odore,  
Atque ſimul caluo crines de vertice cedant,  
Ilicet omnis abit ſpes deplorata ſalutis.*

12 *Quæis phtifiſis eſt totoque ſuunt de vertice  
crines,*

*Cum primum admiſſo rapitur ſemel impete vëter,  
Egelidos ſenſu mors ſe diffundit in artus*

13 *Spumeus expuitur ſanguis quibus ora cruentas  
Ex alto talis veniens pulmone videtur.*

14 *Quem tabes miſerada tenet, totūmq; fatigat,  
Si reſoluta alius currit, iam proxima mors eſt*

15 *Quæis morbo elateris pus ſub thorace coactum,  
Si quater hęc denas luces intra editur, a quo  
Cœperat efferri, atque viam ſibi fecerat ipſum,  
Certa ſalus: alias in tabem langnor abibit.*

16 *Has noxas aſſerre calor, cum crebrior eius  
Vſus adeſt, ſolitus: Carnes eſſaminat omnes,  
Neruoſque exoluit malè jam ad ſua munera præ-  
ptos,*

*Atque aciem obtūdit mentis, facit impete magno  
Sanguis vt excurret, animum tum deliquat i, j, m,*

Spiritibus suis, idque vi mors proxima restat.

17 Frigore sed corpus conuellitur atque nigrescit,  
Tentaque mox illo cervix immobilis hæret,

Et rigor, & febris, oclusis cutis undique caulis.

18 Frigus & ossa petit, dentesque hostilius urget,  
Et nervis, cerebroque graue est Spinaeque medulla:

Omnia at illa iuuat calor, omnibus utilis istis.

19 Iamque ubi frigoribus quæ quæ pars tacta rigebit  
Vtilis hic calor est, nisi sanguinis impetus instat.

20 Ulcera frigus edax morsu nimis afficit agro,  
Induratque cutem circum, prohibetque dolorem  
Verti in pus, caneros, febres ciet, atque rigores,  
Cervicem intedit, Spasmodumque accersere gaudet.

21 Est quando intenta ceruice sine ulcere, multa  
Frigida carnosio iuueni subsidere cancri.

Affusa accersit subuectum ad summa calorem:

At calor accitus cervicem liberat agram,

Frigore quod pulsus vires collegit eundo.

22 Suppurare facit grati blanda aura caloris:

Haud ulcus tamen omne: licet secura videntur

Omnia, ubi calor est: pellem idem mollit, & idem

Extenuat sauos scit composuisse dolores:

Et rigida, atque inteta lenat, conuulsaque membra:

Quodque oneri sibi sit caput, & grauis urgeat  
Poderis, exonerat: sed fractis ossibus, atque instar.

Maxime ubi nudata, nihil præstantius illo:

Præcipue capiti si noxa potentius hæsit,

Altaque peruasit subiti vis vulneris ossa.

Singula neue morer tete observata recensent,

Frigore quæ pereunt recreat, quæque ulcera ab illo

Conflata, ille fouet, lenis fertque inde medelam.

Idem quæ late papulas per membra vagantur

Mitigat: idē utero gratus sedi, atque pudēdis  
 Vesicāmq̄ iuuat quibus omnibus vnus amicus  
 Est calor, illorūmq̄ graues scit tollere morbos.  
 Quæ contra hostili frigus ferit omnia mente.

23 Infestūmq̄ urget, vel mortem inferre paratum.  
 Frigoris usus in his: cum sanguinis impetus urget  
 Aut iam iam properare foras, ferrique videtur.

21 Non tamen ut super inducas hoc partibus illis  
 Unde fluit raptus magno molimine sanguis,  
 Sed circum has, & idem quacūque ardētia feruēt  
 Sanguine vel bile effusa rubra, subque cruenta  
 Imponi expectant, currente cruore recenti.

Frigore quippe solent post hoc nigrescere partes.  
 Conueniet quoque frigus vbi sacer ignis adurit.  
 Dum modo ne induratum peli suat vlcus ab illo.

24 Quippe nocet frigus: morsu quādō vlcus acerbat.  
 Frigida quæ fuerint veluti glaciēsque niuēsque,  
 Pectoribus quot damna ægris, noxasque tulere.  
 Illa cient tusses, sāguēque educere certant,  
 Quassato capite & tristes mouēre catarrhos.

25 Cū tumor aut dolor articulos absque vlcere vexat  
 Seu podagra, aut nerui conuulsi denique torpent,  
 Plurima sunt horum quæ frigida multa leuarit  
 Affusa vnda tumore omni atque dolore remoto.  
 Nam quādō moderatus adest, & mēbra pererat  
 Torpor hebes, stupidos dolor artus linquere gestit.

26 Cui calor & frigus subito se admiscuit vnda.  
 Si iusta expendas lance illa leuissima restat.

27 Quem noctu exercet sitis, ut premat illa molestē  
 Et multū placido rursūm componere somno  
 Lumina fessa bonum est, & blanda condere pace.  
 Menstrua si tardant suffita ea aromata ducunt.

- Illa tibi inque alios usus persæpe vocanda,  
 Ni caput afficerent oneroso ut pondere pressum.
- 29 Pregnanti si res petat id, si concitus humor  
 Mole tumet nimia, poto medicamine ventrem  
 Sollicita, reducis post tertia lumina Phoebes,  
 Quarto ubi diffusa per cælum luce reuident  
 Mense, polo donec iam septima cornua flectat.  
 Tunc tamen id caute facias: non ante, vel ultra  
 Tentandum: senior partus, vel iunior obstat.
- 30 Sanguine detractio prægnans patietur abortum,  
 Hicque magis, quo partus eã iam grandior urget.
- 31 Quilibet inuadat prægnantem morbus acutus,  
 In graue discrimen capitis certè illa vocatur.
- 32 Fœmina si vomitu sanguinem de corpore ducat,  
 Ocyus hinc illud currentia menstrua sistunt.
- 33 Menstrua cum suppressa morã traxere, viasque  
 Oblita ut primæ toto se corpore miscent.  
 Utile si sanguis patulis se naribus effert.
- 34 Si grauidæ rapido currit citus impete venter,  
 Excludi crudum infantem grande inde periculum est.
- 35 Quam vulua obscuro morbo correpta laceffens  
 Strangulat, aut multi pariendi tempore in ipso  
 Incaßum nisus, si sternuat, optima scœua.
- 36 Menstrua si cuiquam prauo vitiata colore,  
 Nec bene momentis certis redeuntia currant,  
 Pharmacaque corpus purgent quæ rēda monebunt.
- 37 Si grauidæ subito graciles, macraque papillæ  
 Subsident, dubio procul illi certus abortus.
- 38 Si grauidæ gracilis subsederit altera mamma  
 Et geminos gerat, alterutrum elisisse necesse est:  
 Dextraque si niueum deponit mamma tumorem,  
 Masculus exentitur: sin læua, hic fœmina prodit.

- 39 *Si tumeant nino dissente lacte papillæ,  
Nec gravida, nec maturi post pondera partus,  
Mensirua desuenerere vias quas ante tenebant.*
- 40 *Si ruit in mammæ sanguis, nec lactis in usus  
Vertitur, hinc furia, rabidoque insania vultu.*
- 41 *Si libet explorare, gravi num pondera quæquæ  
Ventre gerat mulier, somni sub tempore mulsam  
Offer ab hac ventrem circum si tormina surgunt,  
Fert uterum: contrà non fert, si nulla cidentur.*
- 42 *Floridulo est quæcunque marem gerit usque co-  
lore,  
Luridus at contrà color est ubi fœmina olefcit.*
- 43 *Pregnanti, si fortè uterum sacer ignis adurit,  
Deplora. a salus, nec spes super vlla relicta.*
- 44 *Quæ graciles præter solitum tenuatur in artus,  
Illa avidam quanquam fœcundo semine vulvam  
Impleat, baud tamen hac maturum in luminis  
oras  
Infantem educit, donec crassescat ut antè.*
- 45 *Quæ benè composito mulier cū corpore, partū  
Elidit nullo exterius causante periclo,  
Alicra sub reducis vel tertia cornua lunæ,  
Obsita sunt multo mucore huic vincula locorum.  
Nec possunt retinere gravem iam pondere partū:  
Verum effracta viam facilem fecere ruenti.*
- 46 *Quæ crassa, & nullū naturam præter, opime,  
Traducunt steriles annos sine prole cupita,  
Onentum his lato diffusum abdomine, vulvæ  
Occupat ora, quibus vis seminis insinuat se:  
Nec prius est cupidis sobolis spes vlla beata,  
Quam graciles iterum corpus tenuetur in artus.*
- 47 *Suppuret vulva in coxam dimota, necesse e*

Inde vlcus nasci quod linamenta requirat

48 Masculus in dextra partus magis foemina laua,

49 Ut tunicas foetus, utero quibus intus adhaesit

Post partum excutias, quo puluere sternuat agra

Naribus apprensus opus est, orisque meatu:

Interclusa anima ut vehementior impetus adsit.

50 Si cuiquam menses currentes sistere quaeris,

Maxima sub medias figenda cucurbita mammas.

Plena quibus turget facundo semine vtilia,

Os uteri occlusum est illis, penitusque coactum.

51 Cui grauidae niuei rores turgente papilla

Multi lactis eunt, plane illi debilis infans.

52 Sin dura, & stantes mammae sinu, sanior inde

Colligitur partus, firmis magis ossibus haerens.

53 In quibus immaturus iter facturus in oras

Luminis est partus, graciles subsidere mammas

Cernere erit: quae si rursus durefcere visa,

Aut mammas dolor, aut coxam, vel luminavexat

Genuaque, maternoque sinu non proficit infans.

54 Quaeis durum os uteri est, etiam clausum esse neces-

se est

55 Quam grandam inuadit febris, maciesque repē

Fortis adest, gracilesque artus & iuncea membr.

Nec causa apparet, grauis Eclithya minatur,

Nec sine praesenti manet haec discrimine vita,

Ante nisi exuitur metuendo partus abortu.

56 Pro fluium muliebri animi si laquor, & inge

Deliquium, & rigidos durans dissentio nervos

Excipiat, triste omen id est plerumque pericli.

57 Largius erumpant menses nullae sequantur,

Ocyus ex utero morbi exoriuntur utrinque.

Si podex calido tumeat, duroque rubore

58 Vuluante, conceptum vel pus sit renibus altis,

- Stillicidiurinae casus superingruit illic.  
 Hepar ut in flammis abiit, feruetque. tumetque,  
 Singultus quatit ora frequens, dubiumque fatigat,  
 59 Siferili frustra genitalia germina ventre  
 Optat, in amplexus necquicquam effusa viriles  
 Fœmina, tuque voles an conceptura videre,  
 Rebus odoratis suffi veste undique testam  
 Subtus, odor quarum penetrans sic corpus in omne  
 Alta petat, visus nares, atque ora ferire,  
 Non vitio illa suo sic orbos exigit annos.  
 60 Si grauida exciti menses sua nomina seruant,  
 Non est ut possis bene sanum credere partum.  
 61 Si cuiquam penitus menses restare videntur  
 Nec febris, necquis super his illi accidit horror  
 62 Nausea sed miseram, & stomachi fastidia vexent,  
 Hanc grauidam potes indicio promittere tali.  
 63 Frigida queis vulua est, & densa, hæ prole cupita  
 Nequaquam augetur: nec nõ quibus humida valdè:  
 Quippe ista admissum semen suffocat & angit.  
 Et queis sicca nimis multoque exæstuat igne  
 Nam nulla in totis cum restent pabula venis,  
 Fraudatum genio semen corrumpitur, atque  
 Marcessit pinguis defectum vligine campi,  
 Ast vbi temperies frigusque, intèrque calorem,  
 Atque intus moderata horum commercia durant,  
 Non sinit alma Venus lentas frigescere tædas  
 64 Non aliter sterilèsque viri Nam corpore raro  
 Spiritus aut tenues fugiens vanescit in auras,  
 Quo semen, rapiente, trahi, ducique necesse est.  
 Impedit humorem vel corpus densius extra  
 Secerni, aut regnans per caulas corporis omnes  
 Frigus iners vetat accendi, inque calefcere, quic-  
 quid

- Par coisse locis fuerat genitalibus, aut iam  
 Igneus ardor obest, totumque exhaurit & vrit  
 64 Lactea sunt fugienda tibi cane peius & angue,  
 Et caput indoluit quoties, & pectore quando  
 Feruet agens flammam calidamque è corde vaporẽ  
 Febris acerba ciet, præcordiæque alta cachinant,  
 Aut sitis est, bilisue aluo se plurima profert.  
 Quamuis nec febris iactante incendia acuta:  
 Et multum quoties manat de pectore sanguen-  
 Que tamen usurpes cum tabida membra fatiunt,  
 Nec multa est febris, cumque illa & debilis vrit  
 Et longa est, neque quicquam horum quæ diximus  
 obset:  
 Et corpus præter rationem emarcuit omne.  
 65 Si super ulceribus tumor haud conuulsio valde  
 Imminet, & mentem rara hinc insania tangit  
 At si euauerit subito timor omnis, & ille  
 Pone erit, in nervos vis sese inimica veneni  
 Insinuat, ceruixque riget, fibraque trabuntur  
 In caput adducta: si verò antica teneret  
 Corporis ille tumor, præsto est insania vacors,  
 Aut vebemens lateris dolor aut thorace sub alto  
 Copia cogetur puris, vel tormina surgent,  
 Si tumor ille rubet quisquis super ulcere natus.  
 66 Vulnera si magna, & præsentis plena periculi  
 Infiicta, atque super nullus tumor, omenyd atrũ  
 est.  
 67 Qui super ulceribus tumor est, si mollior ille  
 Vtilis, at semper malus est qui crudior extat.  
 68 Si postica dolor capitis grauis augit, opem fert  
 Si fronte in media, quæ recta est vena secetur.  
 69 Faminei magis a lumbis, dorsoque rigores  
 In caput



In caput: ut postica viris magis hi quoque tentat  
Anticis: veluti cubitos & crura laceffunt.

Quin etiam antica cutis omnis rarior esse  
Parte solet. Pilus hocce satus cor firmat in illa.

70 Querquera quos vexat febris, his convulsio ra-  
ra:

Qua licet ante mala affuerint febris inde sequuta  
Querquera sit, cessant distendi in corpore fibrae.

71 Arida queis cutis, & trallanti dura resistens  
Tenditur, haud ullus sudor morientibus astat:  
Queis laxa & rara est, ipso iam limine letbi  
Corpore sudor abit membris quasi rore solutis.

72 Regius infestus quibus est cognomine morbus  
Flatibus band illi valde torquentur obortis.



IN SEXTAE APHORIS-  
morum sectionis para-  
phrasim suam

PRAEFATIO

Ad claris. & doctiss. virum Iosephum  
Scaligerum.

Scaliger o tanto non inficiande parēti,  
Quo fuit in nostro clarius orbe nihil.  
Cuius ego ingenium admiror celeste, nec vlla  
Humanæ sortis conditione graue.  
Omnia sic callēs quæ vix quis singula, vel qui  
Vna perpetuò totus in arte fuit  
Dic mihi quis videor quis nostro hoc munere  
tete

Prosequor, & tantis iudicis ora fe ro.  
Penè etiam puerum quē Varro expertus, & illa.  
Scripta ad quæ nulli fas penetrare prius  
Tot longa errores illis inoleuerat ætas,  
Ætas tam doctis inuidiosa libris.  
Te quoque miratus Festus sua verba sequētem  
Per pūta, ex toto quæ superesse vides  
Tēque sua obscurus proferre oracula vates  
Quali ore aut Plautus, Pacuuius ve stu-  
pet.

Nec minus & iuri permultos deditus annos  
Cæsareo hauisti quidquid ab ore fuit.  
Ausus & Hippocratis veteres tractare libellos,  
Sarcite & sancti plurima damna senis,  
Quæque assuta ipsa sunt, nec sapientia mentem

Ipsiſ hęc cauta præſecuiſſe manu,  
 Et tu eius dextram ſenſiſti doctę Manili,  
 Qui cœli euentus, certęque fata canis.  
 Ille opifer tibi ſolus adeſt, acięque ſagaci  
 Perſpicit attentus qua pote vulnus hiet  
 Idem anni antiquas fixiſti denique metas  
 Complexus muneromomina cūcta ſuo.  
 Idem alijs tam multa refers incognita, vt vnus  
 Verſan in medio tu videre dic  
 At reliqui in tenebris labi, & caligine teſti  
 Errare, & cæcō tramite ferre gradus  
 Queis tibi me ingenij, deuinctum laudibus &  
 tam  
 Fœlici natum ſidere dedo libens.  
 Atque tuas tot virtutes exoſculor, & te  
 Inque ſinu, inque oculis, nocte, dięque  
 fero.  
 Hęcque animi tibi ſigna mei certiffima ſunto,  
 Teſtentur noſtrā quę monumenta fidē.

E ij

51

D. HIPPOCRATIS COI  
Aphorism. sectionis  
Sextæ.

PARAPHRASIS POETICA.

Petri Bülengeri Iuliodunensis  
Medici.

- 1] **L**ævia cum multo quæquam intestina fatigat  
Tempore, qui sentitur acor ruotante palato,  
Atque ante insolitus super accidit, ille probadus.
- 2] **Q**ueis nares, queis ipsum etiam genitabile se-  
men  
Humidius natura, illis minus integra virtas,  
Atque valetudo non tam inconcussa manebit,  
Quam quibus & nares, & semen seccius ipsum.
- 3] **T**ormina quos diuturna premunt, morsuque  
venenant,  
Si nulla ore dapes grate, at fastidia torquent  
Cuiuscumque cibi, multum discriminis instat.  
Deterius tamen hoc æger si febre tenetur.
- 4] **V**lcera quæ circum glabra, omnia credè mali-  
gna.
- 5] **Q**ui dolor aut latere est, aut imo pectore fixus.  
Aut aliam obsedit partem, tu nosse memento  
Differat au multum, & quo se discrimino prodat.
- 6] **V**esicæ & renum pro vetula etate dolores  
Haud facilis curare operæ est: sæpè omnia vana  
Quæ molire manu medica dum talia tractas.

Qui dolor abdomen sublimior occupat, ille  
Lenior: ut grauior quicumque profundius urget

8 Subter ubi effusa compages corporis unda  
Intumuit, quod natum vlcus sanabitur agrè.

9 Pustula lata breui pruritu haud saepe molesta.

10 Cum caput impetyt dolor, & tenet undiquè  
captum,

Pus sanguisue fluens, vel liquidus humor aquai  
Aut ore è medio, vel nare, vel auribus ipsis,  
Et morbi infrangit vires, & tollit acumen

11 Cum furor est atra bilis grassante veneno  
Et noxa obsedit renes, si sedis apertis

10 Sanguis abit venis, agro omnia prospera cedunt.

12 Per plures ancerum abitus qui podice sanguis,  
Illius ore aliquo venarum erupit hiante,

Si cohibetur, ut huic reliqui via nulla supersit,  
Ne super inudat hydrops, tabesue periculum est

13 Quem malè singultus nulla sedabilis arte  
Totum habet, hic liber hoc si sternuit extat.

14 Si diffusa cutem subter premit unda recedit  
Illa valetudo, si deriuetur in aluum

Avenis, toto qua lymphæ abdomine turget.

15 Quem tenet, & longum vexat resolutior aluus,  
Sistit eam vomitus, qui sponte super venit illi.

16 Cum latere, aut pulmone furens iniuria fixa  
est

Naturæ euicta, super bis si plurima fertur  
Aluus, ea exitium certum, præsensque minatur.

17 Lumina si calido tumeant obsessa rubore  
Vtile commotum rapido fluere impete ventrem.

18 Vesica excisa, cerebrum profundius icto,

Aut corde, aut septo superas quod separat oras

Partibus infernis, stomachoque, aut lactibus ipsis.  
Aut iecore, exitiū confosso hoc vulnere certū est.

19

Altius in nervos acies si condita ferri  
Venit, & ossibus hæc, vel cartilagini in hæsit,  
Aut præputia, vel tenuis maxilla resecta est.  
Augeri hæc nequeunt, propriisue in olescere fibris.

20

Sanguis ut effusus naturam præter, & vlla  
In caua descendit, suppuret deinde necesse est.

21

Quem furia amētē præcepsque in sania vexat,  
Aut super exorto varice vitium omne facessit,  
Podicis aut venis crasso manante cruore.

22

Si dolor à rupto qualis solet esse fatigat  
A dorso ad cubitum, tu venam aperire memento.

23

Si vanus timor est, atque insolabilis angor,  
Isque diu durat, taciturna amentia præsto.

24

Excisi ferro ne queunt coalescere lacies.

25

Si sacer ignis abit corpus conuersus in altum,  
Omen id est dirum: sin sese effundat ab altis,  
Exteriora petens, spes certior inde salutis.

26

Febre sub ardenti si quæ tremor occupat, illum  
Effera vesana mentis deliria sistunt.

27

Pus aliqua quod collectum sub parte latefcit,  
Quæve tumet toto suffusa abdomine lymphæ,  
Cum ferro cādente via, aut mucrone patefcit  
Crudo etiam, largè exierint si quæ intus haben-  
tur,

Deficiunt, vires animisq; è corpore cedit.

28

Caluitie eunuchi nulla, podagræque secantur.

29

Fœmina nulla graues podagræ tolerare labores  
Visa cui assueto respondent menstrua cursu.

30

Nec podagra ante thoros ninnenilia corpora tē-

31

Cū charis aliquis dolor est infixus ocellis (tat.

*Lenai latices illum, & miera munera Bacchi,  
Balneæue, aut tepido sedant somenta caloré:  
Aut venam secuisse iuuat, vel pocula danda  
Queis alio excitá sentinam è corpore ducas.*

32 *Præcipue exercet bálbos resoluta fluendo  
Alvus, & hæc talis vellonga in tempora durat.*

33 *Queis acidæ stomacho ruç<sup>9</sup> se promit ab alto  
Plurimus, baud lateris morbo il i sæpe petuntur.*

34 *Caluities nudo queis plurima vertice, magni  
Non illos rariçes torquent: sin hæc super illi  
Exorti, capiti primire duntur honores.*

35 *Si super ingruerit tussis cum abdomine tento  
Turget hydrops, ægri in peius res lapsa refertur.*

36 *Tardat ubi vrina, & sucto vix tramite prodit,  
Vna salus super internam pertundere venam.*

37 *Quem totum tenet, & præclasis faucibus instat  
Angina, in ingulo tumor ortus, sæpe salutis est.  
Exterius natura malum nam expellit ab alto.*

38 *Cancer vt otultus torquet medicamina nulla  
Admonisse tibi satius: quippe ille medela  
Irritante omni citius mortem accit, & affert.*

*Quem si non vrges cura male sanus inani,  
Longius in tempus letibi se terminus effert.*

39 *In vacuas plenasue furit distentio fibræ.  
Singultum causæ similes, eademque ciebunt.*

40 *Quos dolor infellus circum præcordia torquet,  
Nec sentitur ibi ardentis vis vlla caloris,  
Febris vt ingruerit super hoc, labor omnium abibit.*

41 *Pus ubi parte aliqua conclusum corporis heret,  
Nec patet iudiciis propriis, quia crassius ipsum,  
Quæue latet pars est, si sensus effugit omnis.*

42 *Istericis hepar durescere tristius omen.*

43 *Quicumque in durum splene insurgente tumo-  
rem*

*Torminibus languet diris correptus, ibi illi  
Si super acciderit ut longa in tempora durent  
Tormina, mox bydrops super incidet, ipsaue tan-  
dem*

*Euilla in te stina malo, leuore fatiscunt,  
Languidaque effæto cedit de corpore vita.*

44 *Vrina stillante super queis volutus inflat,  
Parca dies intra septem vel stamine nebit,  
Vrina aut febre exorta se plurima prodet.*

45 *Quum duodena manent Phæbeæ lapadisastro,  
Aut se etiam obfirmant in longius vlcera tempus,  
Ossis & abscessus, cauaque inde necesse cicatrix  
Fiat & informem illo ducat uomine partem.*

46 *Queis spina in gibbum tussive, aut asthmate  
anbelo*

*Contorta est, illos pubem antè perire videbis.*

47 *Si cuiquam aut vena secla, aut medicamine potò  
Est opus, id molire noui sub tempora veris,  
Omnia cum placido rident diffusa tepore*

48 *Quos malè habet vitium duri, tumidique lienis,  
Si super hoc ventrem incipiunt vexare dolentem  
Tormina, iam tete spes consoletur amica.*

49 *Quos podagræ morbi exercent, his flammeus  
ardor,*

*Atque rubor si qua accessit, velut igne recepto,  
Quatuor hi decies, intra redeuntia Phæbi  
Lumina quas dederant turbas compescere visi.*

50 *Altius in cerebri si ferrum est corpus adactū,  
Accidere hic bilis vomitum febrémque necesse est.  
Queis sanis dolor extemplo caput impetit &*



Voce intercepta muti stertuntque. silentque,  
Septem intra periere dies, nisi febris oborta.

53 Qualia per somnos se prodant lumina spectat:  
Naque albū his si quid non sat cōmissa relinquit  
Palpebra, non liquido a ventre, aut medicaminis  
haustu

Signum illud prauum, & valdè lethale putādum  
Delira errores mentis, vesaniāque excors

54 Tuta magis molli quæducit labra cachinno.

Plura pericla manent secreto ut pectoris orsu,  
Ceu meditationis animus, studioque ad dictū aberrat

54 Si gemitu grauis in febris se, spiritus effert  
Illaque acuta furit, nihil hinc sperato salutis.

55 vere magis podagra, atque autūni frigore primo  
Se ciet: irarūmq; omnes effundit habenas:

56 In morbis bilis quos excitat atra, priculum est  
Hūmor ubi in sedes alias decumbere gestit,

Ne cerebro oppresso corpus, ceu sideris ictu,

57 Corruat, aut plenos vexet distentio nervos

Aut furia exurgant, vel lumina cæca laborent.

57 Sidere præcipuè subito langues cere tacta

Membra solent, post lustra octo ad bis sena peralla.

Omentum exciderit si quæ, putrere necesse est.

58 Quos coxæ tormenta diu multūmq; fatigant,

59 Si sedē è propria coxendix acta mouetur,

Et rursus antiquas sedes impulsæ renisit,

Mucidus articulum totum sic imbuit humor

60 Si tormenta diu coxæ tenuere, suisque hæc

Sedibus excussa est, tabes crus corripit omne

60 Et nisi ferrum adigas candens, hic claudicat æger.

IN SEPTIMAE APHORI-  
 rismorum section. Phara-  
 phrasin suam  
 Prefatio,

*Ad fratres & sodales cariss.*

**V**Os opere è nostro fratres, charissima no-  
 bis

Pectora, quod super est munus habere  
 decet.

Et tu cui mundi spes displicuere fugaces,

Et vana incauta vota petita prece?

Tuque cui emensos spatium iam debitacessit

Lautea qua tristes protegis arte reos:

Et qui multiplicis numerosa volumina iuris

Affiduis voluis, nocte dieque vigil.

Vos quoque participes socij mihi muneris  
 huius,

Vos ego, vos animis maxima cura mei?

Tuque mihi inprimis teneris qui cultus ab an-  
 nis,

Frâcisce, ô patrij lux que decusque fori?

Ecce quibus nugis ingrata hæc otia duco,

Otia vix cuiquam quæ fugienda patent:

Vos licet haud vllæ lites, & iurgia versent,

Et sileant memori iura tenenda sîde:

Vos & iuridicam sedem, & subsellia nota:

Quæritis, & vos hæc semper adesse iu-  
 vat.

Atque domo in tacita tardantia tēpora nunquā

Fletis & ingratae praemia nulla togae  
 Ast ego quid faciam vanis laboribus horis,  
 Ut sterili hoc studio mens habetata stupet.  
 Quem pila, nec follis capit, aut paganica, nec  
 quae  
 Charta levis regum quatuor ora refert.  
 Alca nec damaola magis, sonitusue fritilli,  
 Quaeque aliis animos talia mille leuant.  
 Quae mihi nulla leuant animos, ingrataque  
 cuncta.

**Et super Aonidum sola relicta cohors**



Aphorif. sectionis  
septimæ.

## P A R A P H R A S I S P O E T I C A.

Petri Bulengeri Juliodunensis  
Medici.

1 **F**ebri acuta premit quoties, si partibus hæsit  
Corporis extremis frigus, mala scæna putan-  
da.

2 Osse laboranti caro livida plena pericli.  
3 Cum vomitu super accedit singultus, & urget,  
Atque rubent oculi vrentes, mala plurima præsto.

4 Nō est quem sudore inuet super horror abortus.  
5 Si furor est, prodest hydropem, aut tormina mē-  
tis.

Error è me ferum super hoc inuadere quæquam.

6 Si quisquam longo morbo confectus amicus,  
Respuit antè dapes, aliòque meraca fluente  
Excrementa abeunt, non est laudabile signum.

7 Si bellè appotum rigor, aut deliria vexent,  
Flore mero Bromij turgentibus undique venis,  
Sperandum nihil inde tibi nisi mille pericla.

8 Si vomica interius, pus effundatur aperta,  
Vis omnis collapsa iacet, mens concidit ægra,  
Et vomitus puris super id plerumque fatigat.

9 Si mens sede sua excussa, aut distentio nervos  
Corripuit, multo effuso iam sanguine, dirum

*Omen, & instantis fati certissimus index.*

- 10) *Voluulus ut scuit si singultu ilia longo  
Tenduntur, vomitusue subit, distentione agra  
Inuadit fibras, vel mens delira laborat,  
Omnia sunt isthac nigro carbone notanda.*
- 11 *Si lateris dolor excipitur pulmonis ab igne,  
Res aegri incipiunt ruere, in peiusque referri.*
- 12 *Si morbo super accedant pulmonis acuto  
Aegri animi furia, praesens sub limine damnū est.*
12. *Si cuiquam toto vehementi ardore perusto,  
Vel rigidi ngrui, ceruixue intenta laboret,  
Nulla salus adeo misero queat esse salutē:*
- 14 *Vulnere si capiti illato stupor ocyus instat,  
Auius aut aninus recta ratione vagatur,  
Haud leuis est capiti quae noxa inflata fatigat.*
- 15 *Eductum sputo sanguen pus deinde sequetur.*
- 16 *Pus sputo eductum phthisis excipit, atque pilorū,  
Aluiue effluuium, tum mox ubi sputa quierunt,  
Iamque retenta haerent intus, mors limine in ip-  
so est.*
- 17 *Hepar ubi obsessum vehementi ardore tenetur,  
Singultus malus, & multo discrimine plenus.*
- 18 *Si vigili tenta febra obriguere, vel agra  
Mens animi est, res hac multa formidine terret.*
- 19 *Intutum est si nudatum os sacer ignis adurit.*
- 20 *Si sacer ignis adest, putror, pusne inde sinistrū.*
- 21 *Ulceribus pulsus quibus ingens, sanguis ab illis  
Fluxurus, quem vix quouis medicamine sistat*
- 22 *Si dolor abdomen tenuit diuturnus, & ille  
Suppurat, non est fidendum ut rebus amicis.*
- 23 *Si sincera alius reddit tibi tormina praesto,  
Tormina quae multum sint exhibitura negoti*

- 24 Si qua osse excisso vacuum deliria tentant,  
Omnia sint numeranda tibi grauiore lapillo.
- 26 Si nerui distenti urgent medicamine potō,  
Nulla satis super est dubie anchora leta salutē.
- 27 Ad medium ventrem graui ter torquēte dolore,  
Corporis extrēmas prauum frigescere partes.  
Si grauida tenesius adest, non ante molestus,
- 29 Illam in maturum cogit deponere partum
- 30 28 est interpolatus ex 19 sect. 6.
- 31 Candida cui toto pituita in corpore turgēt,  
Si rapida fertur laxis, velut aluus, habēnis,  
Illa valetudo tenues, vanescit in auras.  
Si resoluta alus spumantia reddere visa,  
Talia demissa a summo tibi vertice manant.  
Si crassa urinae insidunt, ceu polline misto.
- 32 In febrī loquum solita hac promittere morbum,  
Si bili tinta urinae in sedere supraque:
- 33 Emergunt tenues ut aubei, morbus acutus  
Si dimulsa tibi, diuisique tota videtur  
Urina, illa graues turbas in corpore proliit.
- 34 Si bullae urinae emergunt, sub renibus haeret
- 35 Noxa grauis, sequiturque premēs per tēpōra longa  
Pingue sed h. s. si quid, multumque supernata  
rimis  
Renibus insedit vitium, uehemensque lateffit.
- 36 Renibus at, laevis si, qualia diximus, adsunt,  
Et lumbos spinamque dolor premit, exteriusque  
Ille magis premit, abscessus mox parte futurus  
Externa: interius si in lauit parte futurus  
Interna magis est, illaque erumpere gestit.
- 37 Quae si febre crux procedit, ab ore uomentiū,  
Spes etiam admota super est non vana: melē.

*Ast incerta salus tosta si febre medulla.*

*Frigida conueniunt atque astringentia cuncta.*

38 *Qui subito in pectus casu fluxere catharris  
Suppurant decies intra bis lumina Phæbi.*

39 est idem fere cum 2. sect. 4.

40 *Si resoluta, imposque tacet cui lingua repente,  
Et caelo centacta stupet pars corporis vlla,  
Ac ceptum id referas bili licet ocys atra.*

41 est ex 4. sect. 5.

42 *Quæ febris tenet, ut bilis non fecerit illam,  
Tollitur hæc lymphæ capiti multa, atque calente  
Affusa, auxiliòque vno de corpore cedit.*

*Vti utraq; manu ceu dextera femina nescit.*

43 *Quæ vomica alta latens aperitur cuspide ferri  
44 Candente, aut cruda spes purum, albumque mica  
rit*

*Si pus. At cæno informi quod penè videtur  
Parti tibi, & ingrato nares percellit odore,  
Et sanie taboque scatet, facit omnia lethi.*

45 *Hepate quæis coit pus, his præcordia candent  
Ferri acies cum peruasit, si dissluit album,  
Sincerumque micat spes consoletur amica.*

46 *Ipsius inclusum membrana hoc namque videtur.  
Sintra sum, & spissæ simili id prorumpit amurca  
Ipsa salus nequeat, vel si velit, esse saluti.*

46 ex 31. sect. 6. contaminatus

47 repetitus ex 3. sect. 6. ut 48. ex 36.

Sect. eiusdem & 10. ex 37. sect. eiusdem.

*Si cerebrum tallum est sphaælon lux tertia  
mortem.*

*Aecit. At hæc si quis potuit fugisse superstes,  
Pro foribus flantis ridet molimina paræ*

Securus sanòque iterum se corpore firmat

51 Vt cerebrum in caluit, qui que humor fusus in illo

Inuasit spatia in vacua, & caput omnè pererrat,  
Sternimus: cerebro namque is diffunditur aër

Qui latet, atque viam nostras molitus in oras,  
Arcta meat multus dum per loca stridulus exit.

52 Qui dolor in iecore est, mox febrì tollitur orta  
53. ex 47. sect. 6. interpolatus.

54 Si transfuersum inter septum, ventremque tenetur,

Atque dolore premit multo pituita, nec illi  
Vtrum vis licet in ventrem perumpere, certam  
Molirique viam qua sese è corpore promat,  
Per venas in vesicam si tota feretur  
Ilicet omnè malum natura sponte facessit.

55 Hepate queis lymphæ repleto eruperit illa in  
Omentum, abdomen totum his diffusa tenebit:  
Nec longum, extremo & iã vita in carcere currit.

56 Anxius ut quisquam lactatur & oscitat, atque  
Horret, ei equali Baccho mixta vnda saluti est.  
57 aph. idem est cum 42. sect. 4.

58 Si granior cerebri sedes concusserit omnes  
Noxa, nec ignota est occasio, concidit ager  
Exemplò & voce, & sensu, quasi lumine cassus.

59 Humidior queis est habitus ieiunia profunt.  
Namque fame humidius corpus succescere notū est  
60 aph. ex 40, sect. 4.

61 Qui multus sudor calidus vel frigidus exit  
Semper, hic humorū magnā vim in corpore stare  
Indicat. Ergo illos tu firmis viribus ægri  
Educes vomitu: sin vis elanguit, aluo,



62 ex apb 43. sect. 4. 63 ex 44. eiusdem

64 ex 45. eiusdem.

65 Si quis erit feбри in media qui fercula cuiquam  
Offerat, hæc sanos quæ nos recreare solebant,  
Aegrotos magis afficient, morbúmque nonabunt.

66 Inspice vesica quacumque feruntur ab ima  
Sanorum an multum vrina distare videntur.  
Namque ubi permulta est distantia differit asque  
Morbosa hac valdè fuerint: sin omnia sanis  
Respondent, minimus morbus leuiorue timendus.

67 Quæis alui excrementa sinis consistere, tēpus  
Adque aliquod pateris non mota quiescere, si quæ  
Ceu ramenta illis subsidunt, ipsaque pauca,  
Et morbus quoque paruus erit: sin multa timen-  
dus

Magnus item morbus. Quare his medicamine ven-  
trem

Sollicitare iuuat: sin quæ sorbenda propines  
Impuro, qao plura dabis mage lædere perges. ]

68 Quæ cruda exierint aluo se talia produnt  
Bilis, ubi atra hepar vel cætera viscera turbat.  
Quoque eius fueritue minor, vel copia maior,  
Hoc minor aut maior morbus scuire notatur.

69 ex 47 sect. 4.

69 Corpora cum purgare voles, fac vt apta fluori  
Illa sient. facilè in cedat de corpore quod vis  
Sique mouere paras vomitum, sistenda tibi ante  
Aluus: vt hanc cieas rursus fac humida perstet.

71 asb. idem est cum 11. sect. 2.

72 idem cum 43. sect. 4.

73 idem cum 49. sect. 4.

4 Quando effusa autem supter prituuita moratur,

*Dirus budrops super & vestigia proxima figit  
Ut resoluta aliquem per multum exercuit aluus.*

76 *Tormina succedūt graviorāque dāna minantur:*

77 *Tormina post, laeuore graui intestina fatigant.*

78 *Corrupta ossa sient sphacelo, hæc abscedere par  
79 est.*

*Sanguinis a vomitu phthisis, & pus ore refer-  
tur.*

*Inspice quæ vesica, aluo, vel carnibus, aut qua  
Parte alia excedant, quantum illa a tramite sueto  
Sum mota: atque parum quæ distant illa notabūt.  
Esse leues morbos: quæ multum, proderet magnos  
Illa solent: etiam distantia plurima si sit,*

80 *Lethalem arguerint casum, certāque ruinam*

*Quæ nequeunt sanare tibi medicamina, curat*

*Ferri acies: quæ non potis illa est tollere in vno*

*Auxilium igne super: cuius vis irrita si sit.*

*Illicet his nulla possi s ratione mederi.*

FINIS.



*Ad patrem Charissimum.*

**C**hare pater, tot qui Francorum gesta per  
annos.

Excolis, atque tuo cum Cicerone tonas

Atque a deo a prima surgentis origine regni

Orsus, ad extremos diceris ille rogos:

Quis cuncta arserunt civili percitalactu,

Nunc quoque succenso quæ tuere igne vi-  
des.

Scilicet expectas ut digna laboribus illis

Præmia rex noster persoluenda puret?

Quem mille Harpyiæ exagitant, rapiuntque  
feruntque,

Et curæ innumeræ, perpetuæque premunt

I quæso, & longos istos abrumpe labores,

Teque iuuet mollis somnus, & alta quies.

Ecce tibi toto cani se vertice fundunt,

Deficiuntque manus, deficiuntque pedes.

Vox quoque languescit, vox quam tristissima,  
tullis

Tardat, & in medio sæpius ore quatit

Tusis, quam falsus, cerebro mittente catarrus

Excitat, & paucas ut tibi sæpè monet.

Et iam concussam prudens tueare salutem,

Ne te securum certa pericla premant.

Ipsi etiam abrosa dentes radice vacillant,

Atque negant solitos mandere posse cibos.

Pars quoque deperijt, pars manca, & tota tre-

miscens

Gingivas nudas, os & inermes sinit.

En macies terra exanguis inuasit in artus,

Omniaque angusti pectoris ossa patent,

Vix decies senos numeras tamen ipse Decem-  
bres.

Et tua iam fracto robore membra iacent.

Nec te aliud quam perpetui attriuere labores.

Ætate à prima quos tolerasse iuuat.

Tu Lernæam hydram crescentem primus ador-  
tus,

Dum tibi dira mouens tetra venena parat.

Illa tua incendens cōfecta est cuspidè primùm,

Ingenuitque alio ferre coacta pedes.

Et doluit contra stares quod solus in vrbe,

Excititque graues in te inimicitias.

Tu tamen inuictum caput effers auspice cælo,

Eludisque omnes illius insidias.

Insidias, quibus es toties, frustra que petitus,

Hostibus in mediis non variante fide.

Tu veterum inuigilas scriptis noctesque diesque,

Cura ietiam Augustæ te reuocante domus.

Cura gratis quæ te multa, & præclara tenen-

tem.

Mersit, & has tristes iussit inire vias.

Tu iuris studia amplexus florentibus amicis,

Cum caput opprésit dura ruina tuum:

Dura ruina, tuæ qua spes recidere repente,

Et medio in cursu cymba reuoluta fuit.

Interea thalami genialia festa peracta,

Atque aliò quam spes vela tulere tua,

Vix tandem emergis, Coásque amplecteris ar-  
tes,

Hippocratésque tuo solus in ore crepat.

Sed te aliò abripuit nascentis fama veneni,  
Francia quo tanta strage petita cadit.

Scilicet ut iuvenes heliconia sacra petentes  
Parnassi eue heres ad iuga summa tui.

Et græcæ, & latine quidquid docuere camæna  
Monstrares ausis te præeunte sequi

Angustis metis, & carcere clausus iniquo.

Debuerat quo non currere tantus equus.

Interea quæcunque tibi surrepta fuerunt

Otia, non vanis deperiere iocis.

Verum aliquid magni semper molitus, & vs-  
que

Nostrorum, & veterum te tenuere libri.

Te quoque diuini nouere oracula vatis

Qui mundi ærumnas, interitusque canit.

Obscurisque notis venientia sæcula prodit,

Quæque sub extremo limite fata patent.

Dein operæ aggressus maioris Francica gesta

Eloqui ostendis fulmina quanta tui.

Sed stertiles frustra quereris periisse labores,

Ingratumque premis, quod tamè vrget, opus

Nec spes vlla super maneant quod debita post  
te.

Præmia, dum misero hoc tempore cuncta si-  
lent.

Totaque in arma ruit patria, & miserandus  
vbique

Luctus, & hoc nullus tutus in orbe locus.

Et serum est cassis senio melioribus annis  
 Quærere quo potius æquore cymba nater.  
 Téque valetudo variis quassata procellis  
 Et totum exposcit, captáque cuncta negat.  
 Ergo age, & has steriles curas, ingrátáque pone  
 Tot studia, atque tibi delitiisque vaca.  
 Si tamen hoc stadio quæ nunc quoque currere  
 pergis

Indulgere tibi delitiisque licet.

En nostræ, quæ cuncta tibi debere fatentur,  
 Te musæ ad requiem bládáque verba vocát.  
 Et tibi se sistunt, alium ignorántque parentem,  
 Ut que tux, haud sperant displicuisse tibi.

FINIS.

**PETRI BVLGERI**

**IULIODVNENSIS**

**Medic. apud**

**Thoartios**

**Tumuli**

**AD CLARISS. AMPLIS.**

**QUE VIRVM IACOBVM**

**magotum Regium in cen-**

**tum virali curia patroni.**

MANGOTI ORATORIS IN  
*curia centum virali multo maximi  
 & celeberrimi.*

*Tumulus.*

O Rator omnes inter hic qui maximus  
 Multos per annos floruit:  
 Quem sæpe tota dum stupet Lutetia  
 Non v̄sitata dicere,  
 Confessa sponte est tale nil visum antea,  
 Nec posse cunctis sæculis  
 Posthac videri, ne quidem si Tullium,  
 Demosthenemue redderet  
 Terris silentum rex tenebrarumpotens:  
 Hoc occubat sub marmore.  
 Ætate longa functus, atque amplissimis  
 Auctus bonis, & gloria  
 Quam nulla tollat sera quam libet dies,  
 Nisi illa quam mundus tremat:  
 Et quod fatendum maximum, illis filiis  
 Quos patre dignos deputes.  
 O vita fœlix, si quid est fœlix tamen  
 Hoc orbe quo nos degimus:  
 Regumque fato, regis que fastibus  
 Multis modis beatior.  
 O mors beata, & expetenda, si tunc  
 Beata mors dici potest.

Leonardus



LEONARTHI MANGOTI  
EIVS FILII ADOLESCENTIS  
opt. & eruditiss. qui cum  
Regis legato Con-  
stantinopo-  
lim petens  
obiit.

**D**um Latias græcâsque vrbes inuisere ge-  
stus.

Et tibi plus patria barbara regna placent.  
Quæ Turca armipotens nostris procul inde fugatis,  
Europæ atque Asiæ fræna superba regit.  
Nâ quid enim Europæ proprius nõ subsidit armis?  
Quantula iam restat quam petat hostis humus?  
Hinc Veneti, hinc Melite deletis undique turmis,  
Sarmaticæque magnus proxima signa vident.  
Et rex Hispanas salio qui temperat vrbes,  
Perpetuus premitur, continuisque malis.  
At noster Rex summotus magis, omnia tentat  
Irati valeat quæ cõhibere minas:  
Atque metu oracli veteris iam bella parantem  
Continet, in Persas vertere tela iubens.  
Tuque comes legato ibas verum inde reuertî  
Ad patrios tibi sors non dedit atra lares.  
Sed tua fatali rupit tibi stammina morbo  
Quæ fuit, heu, votis parca inimica tuis.  
Sic cursu in medio, externas dum ferris in oras,  
Hand stadio expleto præcipit atus obis.

73  
P. DESIREI FILII CLARISS.  
& ornatiss. viri P. Desirei  
in Curia Regis quam  
viatoriam vocant  
Consilarii.

*At te parue puer, prius inuida Parca peremit,  
Quam posses patria tangere laudis onus.  
Laudis onus, que te tanto impletura parente.  
Cuius & in puero signa notanda dabas,  
In felix sors & nullis non fletibus unquam  
Tristior, & quavis forte inimica magis.  
Sic sepe incipiens primos rosa prodere honores  
Vngue puellari secta repente cadit.*

Nicolaï Bodini

*Bodinus hoc tumulo occubat  
Notabilis vir ingeni:  
Quo res suas tam gnauiter,  
Et literarum nescius.  
Curauit, angusta licet  
Vt diues, exre euaserit  
Nulli suorum non fauens,  
Nec ceteris iniurius,  
Aut fraude periura grauis  
Hoc si putas paruum, vide  
Quam difficulter plurimis  
Prodesse licet, & artibus  
Bonis opes nanciscier.*

## ANTONIAE BVLENGERÆ

filia, obiit anno 1582.

idib. octob.

*Hos Antoniolę Cineres, hæc busta, viator,**Quę posuit patris mestus uterque parens,**Aspice, si quicquam est patrię tibi mentis, & eheu**Ingemina, in lacrymas ni piget ire novas.**Vix materna mea fuerant satiata figura**Lumina, cum patria mox procul vrbe feror.**Hoc auus, atque auia hoc votis petit omnibus**unum:**Scilicet ut nostro iusta ferant cineri.**Nam quater undenas unã vix degere luces,**Stamina quę nerunt nostra, dedere colus**Interea queruli patris luxere parentes,**Et tristembunc casum luxit uterque parens.**Sed pater in primis, quem dum noua lumina viso**Afflictum lecto tormina dira premunt:**Tormina quę totas penè exhausero medullas**Iámque adeò egrę animę vix locus ullus erat.**Heu fatum infaustum: venio cum has lucis in-**oras**Quę mala tu lecto fers miserande pater,**At tibi cum melius forte incipit esse, dolorque**Qui miserum angebat visus abire fuit:**Ne letere meis blandum ridentis ocellis.**Fila mihi subito Parca maligna secat.*

Tancartii

*Tancartii non te strictum in tua viscera ferrum,**Utrinque toto quod receptum abdomine,**Non potuit te mors toties quęsita pericla**Per mille, vicos dum Lutetię terens*

*A sole occaso, gladio grassator agis rem,  
 Et lauta raptas hinc & inde pallia,  
 Tollere sublato quò te tua fata parenti  
 Minus cierent lacrymarum & fletuum.  
 Si tamen inflaret lacrymis pater ullus ocellos,  
 Ob ulliustam perditinati necem.  
 Sed patriã in media aduersum dũ ferris in hostẽ,  
 Qui totus irruente te miser tremit,  
 Induis illius præcepta tua pectora sicca,  
 Mortemque quam minatus alteri, oppetis  
 At dubitat lætusne parens, tristisne recedat,  
 Sic occidente te, cui grauem exitum  
 Sæpè timet: vitæ sceleratæ & turpiter actæ  
 Fastisque merces talibus dignissima.  
 Pilonis Medici apud Pictonas  
 doctiss.*

*Pilonem quæ dira luës, quis casus ademit?  
 Quis tristi infontem sustulit exitio?  
 Pilonem qui Pictonica fuit vnus in vrbe  
 Et columen Panaces atque Hygieia, tuum.  
 Et periit Panace, & mœsta lugente sorore,  
 Inuida quod tantum fata tulere virum.  
 At viuunt confecti annis, senioque caduci  
 Tot, mage quos suerat par cecidisse prius.  
 I nunc aude aliquid magnum sperare inuenta  
 Frctus, & ingenio grandia cæpta moue.  
 Et veniet quæ cuncta, nocens semel auferat hora,  
 Et subito è tanto nqm̄ine nullus eris.  
 Colini Medici Fontenaiensis  
 Doctiss.*

*Coline, quam semper times,  
 Abominaris, & cupis*

Fugisse, præter cætera  
 Quæ sors agit mortalium.  
 Te dira pestis occupat  
 Tandem, subque spiritus  
 Tuos venenat toxico.  
 Non te perinde terruit  
 Id quicquid humanum genus  
 Percellit aliud, & graui  
 Pessundat vrbes funere:  
 Non Martis ipsius furor  
 Deseuientis ensibus  
 Strictis, vel igneis globis  
 Tormenta quos muralia  
 Per aëris campos vomunt,  
 Flammæ rapacis turbine  
 Agente: queis turres cadunt  
 Cælo minantes vertice,  
 Dirutæque propugnacula:  
 Latam irruenti militi  
 Sternunt viam, non flumine  
 Aequè tonante cælitus,  
 Illoque, quo Iouis manus  
 Victos Gigantas perculit.  
 Quamuis ab annis primulis,  
 Et vnguibus tenellulis,  
 Musarum ad antra te pater  
 Iussisset ipse ducier,  
 Illis procul tumultibus  
 Queis sæua bella personant.  
 Quos & iuuenta protinus  
 Sequuta tota se sacris  
 Illis dedisset, quæ procul

*A bellicis tumultibus*  
*Molles in umbra agunt dies,*  
*Deuota Pæonis artibus.*  
*In queis profectus feceras*  
*Tantos, ut vnus plurimos*  
*Inter videreris manu*  
*Eductus Aesculapii*  
*Nouisse quicquid abditum*  
*His traditur scientiis:*  
*Quod plurimos, dicam, latet,*  
*Canos inani venditant*  
*Qui spiritu semper suos:*  
*Quos præter haudquod ingerant*  
*Habere cernas sepius.*  
*At tu decem totos quater*  
*Nondum Decembres egeras*  
*Nec te tamen peritior*  
*Quisquam medendo, si tibi*  
*Mederi in hoc casu graui*  
*Sciesses. Mederi quis tamen*  
*Sciuisse te tibi neget?*  
*Te qui mederi cæteris*  
*Tam prosperis successibus*  
*Scibas? nisi te languidum*  
*Spes omnis & vis ingeni*  
*Deficeret impetu mali*  
*Primo ingruente. Scilicet*  
*Voluisse te credo mori*  
*Hoc impetum vulnere*  
*Quo non tibi lethalius*  
*In cæteris est creditum:*  
*Ne qua salutè plurimis*

*Fuere saepe, in te irrita  
 Si iam forent medicamina,  
 Nec crederentur ceteris  
 Vllam tulisse opem antidbac.*

### S A V T E R R Æ M E D I C I

Salmuriensis:

*Dum spumantis equi calcaribus effodis armos,  
 Santerra, atque agro fers properanter opem.  
 Cornipedis tergo excussus miserabilis, eben,  
 Efferre è media mortuus ecce via  
 Ite licet medici, sauos properate per aestus,  
 Nec pluvia teneant vos, neque tristis hyems.  
 Seu niveo concreta gelu sola cuncta rigescant,  
 Seu mediis te<sup>l</sup> us solibus vsta gemat.  
 En vobis Libitina: prope est quocunque mouetis,  
 Si Domini exitium est iam quoque foris equus.*

Dionysii Lambini

viti doctiss.

*Vulnera dum Plauti trañas Lambine diuque  
 Ft noctu illius dicta iocósque notas.  
 Qua cura antiqui reuocaras carmina vatis,  
 Cui placuere magis scita Epicure tua.  
 Quaque lyrã attigeras Calabri multo ante poëta,  
 Pectine qui latio nomina prima tenet.  
 Quin etiam medicam Ciceroni adhibere salutem  
 Ausus, & illius scripta diserta sequi  
 Nondum opere expleto, nondũ omni labe remata,  
 Te senii in primo carcere Parca rapit.  
 Parca rapit: sed non pariter tecum illa labores,  
 Ingenique rapit tot monumenta tui  
 Ingenii monumenta tui, quæ sera nepotum  
 Posteritas merito semper honore feret.*

G iiij

Tèque feret primum Plauti insudasse palestra,  
Eius & ignotos explicuisse sales.

Adriani Turnebi viri longè doctissi.

Francorum ocelle Turnebe, & lux unica,

Quo doctus equè Regiis stipendiis

Nemo professus literas Lutetiae,

Te multa quamvis turba raptum fleuerit

Olim, tumque prosequuti debitis

Sint funus omnes lacrymis, quos Francia

Beata tete viuo, alumnos in sinu

Fouet Mineruae deditos suae sacris:

Quando puello nullus istius mali

Damnique sensus erat mihi, nunc denuò

Deslereraptum lacrymisque prosequi

Inuat te ocelle Francia, & lux unica.

O lumen, ô flos patriae, ô magnum decus,

Tène ergo Parca sorte communi rapit?

Tène ergo dura Diua, & implacabilis

Hoc merisit atro funere? ô iras truces!

O pectus ipsis durius vel cautibus!

O surdus cor marmoris vagi salo

Sed quid querelas? vana quid suspiria?

Mors certa cunctis: quòdque lugendum magis

Sæpe illa primos abripit, longissima

Quæis vita debebatur, ut qui plurimis

Prodesse possent. Sic it humanum genus.

Fors cuncta versat susque deque, nescia

Fauere iustis, quòque res semel cadant

Se cura: nec quem respicit, vel inspicit.

Nec interim licet superbæ heræ vaga

Imperia fugere: sed necesse est huc sequi

Quò ducit illa; quòque nolentes trahit.



Tantâque mole fluctuum oppressus licet  
 Id nempe solum sponte ferri quo rapit,  
 Aquâque mente ferre fortunam suam,  
 Quantum libet molesta sese illa ingerat.  
 Nam lacrymis nil, luctibusque profici,  
 Tu testis vnus vel profectò amplissimus:  
 Quem tot tuorum & exterorum lacrymæ,  
 Plangens, querela lugubres, suspiria,  
 Et tertiata verba tot, de faucibus  
 Eripere non potuere sortis vltima,  
 Quæ pariter omnes aspera & tristis manet.  
 At ipse nostris altius præcordiis  
 Infixus hæres, & manebis perpetim,  
 Dum terra pontum, pontus & terram premet.

PETRI BVLNGERI IVLIODV-  
 nensis Medici  
 Tumuli.

Petri Anglæsi Calæxi Medici  
 Iuliodun.

**A**nglæsi Hollerii magni dum scripta retra-  
 ctas.  
 Nec tamen his adhibes, quas meruere, manus.  
 Qui poteras solus sarta illa, & telta tueri  
 Omnibus, heu, te mors sic inopina rapit?  
 Longè alias voluentem artes, aliòque volentem  
 Currere, qui proprio gurgite tutus eras  
 Sed te nescio quis Dem ad mendacia traxit,  
 Astrologi cæca qualia mente canunt,  
 Non illi æthereæ emens spatia vltima molis.

Quis Phæbi, & Phæbes cognita certa via,  
 Atque ignes astrorum alii, quæ maxima tota  
 Noctæ, dicque obeunt quos iniere choros.  
 Atque modò opposito radiantem lumine solem,  
 Et modò quadrata cernere fronte solent  
 Mox etiam choreas ducunt simul, atque parenti  
 Lucis dant vires quas habuere prius:  
 Sæpe quoque inficiunt placidos mortalibus ignes,  
 Ipsaque in insontem terra venena vomunt.  
 Siue tuo Saturne gela mala dira minaris.  
 Siue ardore tuo Mars violente furis:  
 Gorgonæcumue caput, vel tristi Scorpius æstro,  
 Herculei mæ minax sidus acerba parat:  
 Pleiadæ sue Hyadæ sue, & qui tristissima spondet  
 Tauri oculus, subiti funeris omen habens.  
 Sed nihil illorum edocli qui vana per orbem  
 Fata, licet nullam metuenda canunt:  
 Et modo venturos imbres pluuiasque tuentur,  
 Fulmina mox densa nube volare vident:  
 Mox ardere omnem magnis feruoribus æthram,  
 Sicca quibus frustra sollicitetur humus.  
 Ausi etiam diramque famem, & contagia pestis,  
 Et missa irato dicere bella Ione.  
 Et magnos regnorum obitus, regumque ruinas,  
 Quasque alias nugas pectora vana timent.  
 Quas tu dum rides, & mentis acumine ludis,  
 Et tuus à tineis tunditur Hollerius.  
 Ipsius aut ographi nec te iactura moratur,  
 Non hac Pastoreus quod tibi mente dedit.  
 Teque iuuant magis occultis Aegyptia sacris  
 Sculpta refert nobis qualia Pierius.  
 Interea febre ardenti tua viscera tosta

De fluxere niuis, sole calente, modo.  
 Omnibus absumptis dum tabes agra medullis  
 Abscidit,heu,misera tenuia filia anima.  
 Sic post ter denas luces, & quatuor isto  
 Cum lacrymis nos te condidimus tumulo.  
 Quodque magis doluit, miseranda; horrendaque  
 passum,  
 Dum nihil auxilii restat in arte tua:  
 Arte tua, qua tot fueras saepe ante salutis,  
 Quique tuo viuunt nunc quoque praesidio.  
 Ergo mihi salue aeternum, aeternumque valeto  
 Chara anima, Elysiiisque expatiare locis.  
 Hoc de me quod nulla tui me obliuia ducent  
 Donec ab hoc nostro spiritus ore fluet.

IOANNIS STADII

doctissimi mathe-  
 matici.

Hoc tumulo stadium populosa Lutetia condit,  
 Tam procul a patria quem tumulauit homo.  
 Non fuit hoc proprius caeli qui templa tueri  
 Posset, & astrorum dinumerare choros.  
 Quinetiam antiquas Ptolemæi euaserat artes,  
 Vltra ausus pennas explicuisse suas.  
 Puraque, per caelum non illis uicta quadrigis,  
 Sidera cernebat, quæ Ptolemæe refers.  
 Sidera quæ vario discurrunt calle per æthram,  
 Atque alias aliàs visa tenere vias.  
 Et modo iuncta simul, modo sed diuersa feruntur,  
 Quadrataue micant, oppositaue face.  
 Et tua ridebat commenta Copernice, Phæbus  
 Quæ mundi in medio compede uinctus agit.  
 Quodque aliis rapido cælum rapit omnia cursu,

Immotum eterno stat super axe poli  
 Et terra hoc circum magno molimine fertur,  
 Terra rudis moles, pondere tarda suo.  
 Próque situ varians orientia lumina captat,  
 Et rursus occiduo sole tepente calet.  
 Ille alias artes norat certissimus auctor,  
 Dimensus cælum nobiliore modo.  
 Totque orbes cum terrâ eadem, aut diversa tenen-  
 tes

Centra, quibus septem sidera sola meant.  
 Sex etiam iniectos quarunt his orbibus orbes,  
 Quæis tarda currant, aut properante rota.  
 Sæpe etiam flectunt retrò, & vestigia torquent,  
 Aut retinent cursus in statione sua.  
 Confictos frustra hos orbes narrare solebat,  
 Ut sine quæis fas sit sidera summa sequi.  
 Atque adeò hæc studio tractauerat omnia tali,  
 Singula solerti pectore quæque notans:  
 Ut cæli faciles aditus iam, & cuncta paterent  
 Sidera quæque meant, sidera quæque mouent.  
 Unus eras super armipotès Mars arte petendus,  
 Cuius adhuc nulli semita nota satis.  
 Hoc opere è toto quod restat gnauiter, unum  
 Dum petit, atque omnes itque reditque vias.  
 Planâ etiâ hac causa captandâ ad sidera spheram  
 Struxit, qua toto iustius orbe nihil,  
 Explorare locos stellarum ad moimina summa,  
 Quòque die vel sol, astræue nocte micent.  
 Interea excelsa specularantem hæc omnia mente,  
 Instruètaque armis, remigiòque rate.  
 Inuida mors tantis successibus ocyus illum  
 Eripit ben nostris inuida fata bonis.

*Nimirum hanc animi mentem, qua mœnia mundi  
Dimensa antiquas expulerit tenebras,  
Non alius quam vester amor trahit astra sequen-  
tem,*

*Antiqua quæ virum restituit patriæ.  
Lugete astronomi quotquot lugere ruinam.  
En vestra ut subito spes cecidere leues.*

Ioannis Merlerii viri doctis. Regii Mathe-  
matum Professoris & Philo-  
sophi clariss.

*Merleri tecla ocula secreta parentis  
Dum profers, & Aristotelis scripta abdita pandis,  
Illius inque sinus penetras, animamque potentem  
Induis, o quoties tete mirata loquentem  
Natura ipsa suas artes, diuinæque scita  
Te referente dolens nobis notescere cunctis,  
Sæpe minata tibi nam quid non inuida genti  
Humanae iam fata negant? quasi pectora nostra  
Perpetuis condi tenebris, caliginæque atra  
Gauderent perstringi aciem: quin lucida ad astra  
Sublatus mundi flammantia mœnia lustras.  
Atque alios eodem post te illuc tramite ducis,  
Tramite cui nullus tam recto insistere visus.  
Ecce tibi requiem speranti forte laborum  
Tantum, non illa quies, sed frigida serpens  
Aura animæ egregiæ rupit vitæ claustra.  
Ludouici Du. etu Regii medicinarum  
artium professoris  
Durete ingenio caelesti emensus olympum,  
Entheæque Hippocratis scripta, animūque tenēs.*

*Quæ te fata prius nobis rapuere sinistro.  
 Omne, quam pateat mens tenebrosa viri?  
 Tu scita illius, laudatæque cuncta notaras,  
 Peruia quæ nulli, cognita sola tibi.  
 Nec tamē, heu, tot te passim accersentibus ægris,  
 Quos mediis Orci faucibus eriperes.  
 Diuina illa tui licuit monumenta laboris  
 Edere, quæ frustra tot cupiere sibi.  
 Et tantum cupiere: Tuus nunc omnia Pallas  
 Hæc habeat, patrio & gaudeat ingenio.  
 Sit amen hæc quæ plana tibi, & perspecta, relata  
 In charta, & curæ si ista fuere tuæ.*

Adriani Alamani medici doctiss.

*Dum curas Alamanne semiputres  
 Duos, trësue phthisi, latenter ipsa  
 Pulmonem inserit in tuum phthisis se.  
 Nec præbet tibi se minus molestam,  
 Tu quod omnia tam mali veneni  
 Calles præsidia: at pari scelestæ,  
 Te sorte inficit, arcæque occupata  
 Cordis, ægram animam labare cogit,  
 Et causas sugere, artuumque vincula.  
 Et sic dum miseris pius medelam  
 Aëgris fers, miser, heu, pari petitus  
 Fato desinis & tibi mederi.*

Ioannis Morelli Ebredanensis  
viri clariss.

*Morellus isto conditus sub marmore  
 Iacet viator, multa post incommoda  
 Aula, senectam natus in molli sinu*

Triumpuellarum, quibus nulla pares  
 Toto orbe Musis nullus hoc amicior  
 Dum vixit vsque. Scit poëtarum ille flos,  
 Qui tum vigebant, principum quum in curia  
 Tenebat aures, oraque omnium simul.  
 Quando poëtas ore maiori graues  
 Numeros sonanteis, Græciæ raptis bonis,  
 Præ laque lauta diuites, magnatibus  
 Inuistatos, fraudeque ignorantia,  
 Suas dolentis iam patere ineptias,  
 Undique petitos, protegebat, & vigil  
 Ludebat artes rure plenas, & mera  
 Stupore ruris inficetique, & rudes  
 Homines canebant qualia illo tempore,  
 Quo nil disertum ad huc Camæna concipit,  
 Nec plura tentat, quã rude id sæclum, atque iners  
 Fert. Nempe & id Ronsardus expertus, refert  
 Thebæa nobis dum elaboratum ad pedem  
 Plestra, & volatu fertur in cælum arduo,  
 Terrasque præter uebitur & Nerei vada  
 Cui tum ille amicas dat manus, atque auribus  
 Regum placere displicebat que prius  
 Facit, peritus ore facundo loqui,  
 Regesque dulci melle verborum in suam  
 Sententiam, diuersa sentirent licet  
 Rapere, & citatum consili impetum sequi.  
 Nec ille solum vatibus salutifer,  
 Sed & bonorum fautor omnium bonus  
 Fictos & inter mille tot, fucos sine  
 Et fraudis expers vnus id non nesciet  
 Hoc quisquis vsus aut amico, aut præside.  
 Magnaque rector principi isto nomine

*Electus inter ceteros, his artibus  
 Instruxit illum quæ decet summos dies,  
 Qui rerum habenas maximarum postea  
 Moderentur, armis res agenda seu datur,  
 Seu rebus arctis consilia cura prævalent,  
 Ancæpsque rerum mente quando provida  
 Alea regenda maximo in discrimine.  
 Quæ ille studiis egit ætatem suam,  
 Per fas, nefasque quas parent omnes, opum  
 Haud cupidus unquam: verum amicis, & sibi  
 Quæcunque parva conferens sic ultimum  
 Adusque vitæ spiritum nulli bono  
 Inuisus ætatem exigit, donec senem,  
 Effæminata luminum vi languida,  
 Quæ tollit omnes pariter hunc mors sustulit.*

7                      *Lucretiæ Morellæ.*

*Pestifera aura tulit quæ te Lucretia, tecum  
 Eripuit terris quicquid honoris erat.  
 Tu patriæ lux magna tuæ, tu prima tuorum  
 Gloria tu, jæcli laus memoranda tui.  
 Tu specimen virtutis eras: te magna loquente  
 Phæmonoe nollet plectræ tenere sua.  
 Et tibi sponte daret sua munera turba sororum,  
 Turba cui solæ cura fuere lyræ.  
 Cederet ipsa tuis Suadæ quoque captâ medulla  
 Vocibus, atque oris victa lepore tui.  
 Quis tenero melius pulsabat pollice chordas?  
 Tam bona quis molli peëline fila ferit?  
 Quis sacunda æque profert sua sensa loquela?  
 Quam magis & voces & sua verba decent?  
 Sed nihil ista mouent neç tentes stamina Parcas,  
 Nil minus illarum de tribui una necat.*

*Nec*



*Nec leges cobibere queunt quæis cuncta tenentur.*

*Scilicet exemplo hæc certa docente tuo.*

*At casus queriturque tuos, lugétque Camilla*

*E tribus, heu, quæ nunc sola relicta tacet.*

*Et pariter quot quot de te audiuere, queruntur*

*Vnà præceptum quicquid in orbe boni.*

8

*Dianæ Morellæ,*

*Quis te venusta casus,*

*Diana, quis tulit te?*

*Diana quis misellam.*

*Florentibus papillis,*

*Florentibusque malis,*

*Ætate vix adulta,*

*Nec ulla adhuc decoram*

*Ruga notante frontem,*

*Nam que notare frontem*

*Ætate ruga prima*

*Possset? ) rapi timentem*

*Nil tale? quis deorum*

*Inuidit, heu, solo te,*

*Priusque fert in æthram,*

*Quam ruga tristis ægræ*

*Fronti insideret ulla?*

*Cuius lepos, decórque,*

*Integrítasque vitæ,*

*Virtute culta ab omni,*

*Et ingeni elegantis*

*Vis digna longiore*

*Æuo fuit, marito*

*Aurora quam impetrauit,*

*Æquo Ioue annuente,*

*Nec abnuente Parca.*

Ab, te mali misellam  
 Fati, parente tali  
 Quæ nata, tot labores  
 Experta totque casus  
 Affixa dum cubili  
 Langues misella, nec tē  
 Quæ cæteris salutem  
 Ars pollicetur una,  
 Vlla inuat medela,  
 Leuâtue pertinaci  
 Malo, quod agit egram,  
 Et vsque. & vsque, & vsque,  
 Et condolente patre,  
 Et ingemente tota  
 Vicinia, & sororum  
 Acerbiore luctu,  
 Quam vel tui dolores.  
 Heu pertinacis aura  
 Fati: misella post tot  
 Incommoda, & labores  
 Tormenta tot, crucésque,  
 Noctū diuque acerbis,  
 Iam blandiente fato,  
 Iam sorte molliori  
 Sperante te quietem.  
 Et coniuge in cupito  
 Iam te sinu fonte,  
 Post tot graues procellas,  
 Tormenta tot, crucésque  
 Die atque nocte acerbis  
 Luctúsque, lacrymasque.  
 Expleta Parca nondum

His quæ malis tulisti,  
 Te præripit misellum  
 Heu damna scientis  
 Sortis magis magisque.

Peiri Ronsardi poetarum  
 principis.

Ronsardum, postquam diuinis omnia scriptis  
 Impleuit, quæ non auferet ulla dies,  
 Fata etiam rapuerè senem iam francia luge,  
 Si tamen hunc raptum dicere iure potes.  
 Nominis æterni cuius monumenta supersunt,  
 Temporis baud ullas experitura vices.  
 Sive cupid in eos æstus, seu facta Deorum,  
 Laudibus aut meritis numina sancta colit.  
 Vnius baud tantum prudens imitator Homeri,  
 Pindaricos potuit qui superare modos.  
 Et tenero lusit quæ plurima Lesbias igne,  
 Quæque Syracusii fistula culta sinis  
 Callimachique elegos molles doctique Philetæ,  
 Quorum ille erepto magnus honore tumet.  
 Hellada iam totam spoliis populatus opimis,  
 Exuuasque illas in sua castra ferens.  
 Magna audax spirans, ingenti & percitus æstro,  
 Solus vt exhibeat quæ sua quisque putet.  
 Omnia quæ postquam celo aspirante peregit,  
 Et nihil intactum iam superesse videt.  
 Celitibus caelestem animam quam acceperat olim  
 Reddidit antiquas reppetitque domos  
 Laude sua viuens fructus iam pluribus annis,  
 Quæis vidit genio cedere cuncta suo.  
 Umbra beata vale celi melioris ad oras,  
 Et fruerè ingenio nobiliore poli.

10 Remigii Bellaquei poetæ lepidissimi.  
*Bellaquei ad tumulum sama est luxisse Camenas,  
 Vnguibus & raptas dilacerasse comas:  
 Bellaqueo erepto quòd non his gratior alter:  
 Pastorum inflaret qui tenues calamos.*

11 *Magdalena Bulengeræ*

*Magdalena tui patris voluptas,  
 Dum te vita tulit brevis fugaxque,  
 Mæror nunc eadem, grauisque luctus  
 Postquam te rapuit maligna Clotho,  
 Quis te delitium meum, & voluptas  
 Inuidit mihi? quis fuit deorum,  
 Qui te lux miseri prius parentis,  
 Et nunc, væ, miseri patris tenebræ  
 Et mæror, seniūmque, & aegritudo,  
 Abreptam voluit mihi, tenello  
 Vix dum fortiter ore vagientem?  
 O duri nimium grauesque luctus  
 Ergo delitiæ meæ, & voluptas,  
 Hoc te sub tumulo locamus ægri  
 Natam vix etiam, priusque raptam,  
 Quam risu tenero tuos parentes  
 Cognosse inciperes? quis ò, quis beu, te  
 Inuidit misero mihi misellam?  
 Qualis mane calix rosæ renidens  
 Qui, nondū patulo ore quos honores  
 Celat, prodit, & inuidus moratur  
 Nascens purpurei decus coloris:  
 Hanc si quæ rapiat prius proteruo  
 Ludens unguē puella, dum corollas  
 Nectit floribus undiquaque lectis,  
 Quæ se se exerat, efferatque in auras,*

Præceptos queritur suos honores,  
 Et iam flaccida decidit, caputque  
 Deponit sine honore, nec puella  
 Præceptus decori est decor, nec ipsi  
 Quas ridens tenerum implicat corollis  
 Talis tu mihi Magdalena visa  
 Præripi misero patri, prius quam  
 Nascentis decus explicare frontis,  
 Speratumque mihi ingeni decorem,  
 Posses: fragmina nulla cespitantis  
 Lingue audita mihi fuisse mamas  
 Aut tatas tibi nec dedere Parca:  
 Nec multum hoc fuerat: mihi sed instar  
 Magni muneris hoc erat futurum;  
 An luctus magis, & meas querelas  
 Augeret tibi longioris sui  
 Tempus? credo equidem, nec ingemisco,  
 Si te fata mihi prius tulere,  
 Quam nossem ingenii tui vigorem.  
 Nam si te mihi, vix satis papillas  
 Nutricis tenero ore comprimenter,  
 Raptam, tam graviter fero, querorque,  
 Qui casus miserum patrem tulisset,  
 Si post blandula murmurilla vocis,  
 Post risus teneros, cachinnulosque:  
 Ad olesque intuitus venusti ocelli,  
 Lingua mollitie sua labante  
 Suaviter, mihi Parca te tulisset?  
 Ergo tu mihi Magdalena luctus  
 Raptam nunc, grauior tamen futurus  
 Tempus si tibi longius fuisset.

Magne tui Rame ingenii vis feruida dum te  
 Abripit, & nil non mente tenere cupis.  
 Atque in Aristotelem stimulos conuertis, & ipsum  
 Natura, & linguae conficis artificem.  
 Omne genus tibi surgit opus turgente papyro.  
 Et tua sunt, priscis qui potiora putent.  
 Nos tua miramur, nos cum Cicerone loquentem  
 At toniti audimus, suspicimusque virum.  
 Sed quae te laudis tenuit tam dira cupido,  
 Vt veterum velles manibus esse grauis?  
 Vt taceant omnes, tamen ipsa haec saxa loquuntur,  
 Permotumque una te ambitione ferent.  
 Fregiùs poterat artes complectier omneis,  
 Si sincera fides, & sine fraude foret.  
 Nec quis Aristotelis melius miranda teneret  
 Scripta, nec ornato quae docet ore Plato.  
 Quid credam? te fortè isthaec fugisse fatebor?  
 Non ita me bene ament quot quot in orbe viri.  
 Sed tua mens animi claustra indignata re fugit,  
 Sèque aliis cunctis credidit esse parem.  
 Quae sibi dū indulget transuersa ab itaëra supra  
 Audet & insuetas prima adire vias.  
 Et mirata, nihil densa hac caligine tellis,  
 Perpetui, aut certi posse patere animo,  
 Ipsum etiam veri fontem, qui creditur, urget,  
 Et tenebris tentat nocte, referre diem.  
 Ignoscenda quidem, nosse si ignoscere multi,  
 Quos idem, aut grauior saepius error agit.  
 Nos quæ materia effinxit præcordia molli,  
 Humani effinxit pectora qui generis.  
 Et qui per medias tenebras vix lumina solis,

Cernimus, humana conditione graves,  
 Nos, potius miseretque tui, miseretque tuorum,  
 Corda quibus caeca condita nube latent.  
 Ingenii que tui taciti miramur acumen,  
 Et misero hoc raptum funere flere iuvat.  
 Flere iuvat, deflete simul qui nostra videtis.  
 Ut luce in media lumina caeca ruant.  
 Flete mathematici capiunt quos aequora campi,  
 Aequora queis summi peruia templa poli.

Philippi Audeberti iuris sub  
 praefecti Iulioduni.

Audebertus bonos fori, togaeque  
 Vnum iuridicae decus cathedrae,  
 Quo non integriorque, rectiorque  
 Reis cum miseris, opisque egenis,  
 Prestarique manum suumque cuique  
 Ius reddi, ratio aequa postulabat,  
 Hoc sub marmore conditus viator.  
 Quem caeci mala vis furens veneni,  
 Imis visceribus coacta sensim,  
 Oppressit prius, extulitque, quam quis  
 Occurrisse malo improbaeque pesti  
 Nascenti potuisset. Heu, cathedrae  
 Iaces iuridicae decus perenne,  
 Audeberte, iaces, iacetque tecum  
 Una ius, pietas, amorque recti,  
 Aequitasque iacet benigna iuris  
 Interpres, pariterque conticescit.  
 Florens eloquium elegantis oris,  
 Et que parta tibi pericla per tot  
 Rerum cognitio, modo has, modo illas

Dum terras petis Italóque celo  
 Hauris nunc Aganippidos liquores  
 Num iuris studia, eloquentiámque  
 Qualem Tullius ipse habebat olim,  
 Cum totum tenet auribus senatum  
 Inuitum, in sua pellicitque sensa.  
 Sed nec te pietas, amorque relli,  
 Reis cum miseris salús ferenda,  
 Iurisque eripit equitas magistra,  
 Nec que parta tibi pericla per tot  
 Rerum cognitio, diserta nec te  
 Quicquã lingua iuuat Latina, Græca  
 Quas calles pariter, tenesque totas.  
 Nec te propterea minus perurit  
 Cæcis insidiis timenda febris:  
 Que nil visa tibi mali minari  
 Primum, perniciem tamen repenté  
 Attulit cerebro tuo occupato,  
 Ceu cum sidere quis stupet petitus.  
 At nos te subito hoc opinionem  
 Præter funere, tristibusque fatis  
 Raptum, sub tumulo locamus isto  
 Confusi, lacrymas damúsque inanes,  
 Et tecum querimur rapi cathedræ  
 Decus iuridicæ, togeque honorem:  
 Que nunc omnia muta conticescunt,  
 Incastrumque tua ora concupiscunt:  
 Tu nil sollicitus tenes beatas,  
 Sedes, quas animo prius petisti,  
 Inter nos medius moraps quasi exul.

Guillemi



Guillelmi Rondeleti medici  
clarissimi.

Rondelete, en etiam morbis post multa trophæa  
Erecta, hora nocens te, miserande, tulit.  
Nec quæ alios tutos docta ars tam sæpe tegebat,  
Textit in hoc rerum cardine Rondeletum.  
Scilicet & dubitem magnum Pæana perisse,  
Quando alius rursus noster Apollo perit.

15 IACOBI CARPENTARII VI-  
ri doctissimi & Medici celeberr.  
Philosophiæ professoris  
Regii Lutetiæ.

NON licuit mihi voce tua vir magne fruisci,  
Tæque in Aristotelis grædia scripta sequi,  
Te prius eripuit terra Parca, iuvida Parca,  
Limineque in primo fata tulere senem.  
Obstupuit magno confecta Lucetia luctu,  
Et mutæ ob lacrymas conticuere scholæ,  
Conticuere scholæ, quæ te diuina loquentem  
Videre, attonitos dum trabis ore viros  
Nec minx hi, quos scripta tua admiranda tene-  
bant,  
Quæ tum multa canis ceu moriturus oliv.  
Et nos tam serum tua funera stertimus in vultu,  
Ne quicquam è muto conquerimus cineri.  
Quodque unum superest ingrata hoc munere tri-  
stes,  
Placamus manes vir memorande, tuas,

*Miratus sum te nature arcana docentem,  
 Que prodit magni pagina Aristotelis:  
 Pagina que totum doctrina amplectitur orbem,  
 Nec tacet, & toto quicquid in orbe vacat  
 Nunc idem, heu, nostro cassum te lumine luctu  
 Prosequor, has tristes mæstus ad inferias.  
 Quodque unū possum manes, umbramque saluto,  
 Et iusta exoluo Malmediane tibi.  
 Malmediane artis medicæ doctissime præses,  
 Natura soli cui patuere simus.*

*Canterum iuuenem quæ Parca inimica peremit,  
 Hac eadem doctas læsit acerba Deas:  
 Non illi ignota obscuri scripta abdita vatis,  
 Omnia Cassandra qui metuenda refert.  
 Solus & Aeschyleos, Euripideosque cothurnos,  
 Atque Sophocleos ausus adire choros.  
 Solus & errores magni emendare poeta  
 Viscera cui tymbus sola fuere canum.  
 Errores quos longa ætas inuexerat illi,  
 Attrita ut senio litera multa silet.  
 Que meditantem illum & longe maiora parantē,  
 Invida mors isto composuit tumulo.*

18 Caroli Calui patroni  
Iuliodunensis.

*Calue miser quite casus miserandus ademit,  
 Cum patriæ præstas quod decet officium.*

Tutatusque reos obscuri enigmata iuris  
 Voluis, & implicitos diluis arte locos.

Te misera heu, coniux vixdum irieteride ducta  
 Querit, & in cineres flet rediisse leues.

Te mater scissos queritur laniata capillos,  
 Te lacrymis frater, prosequiturque soror.

Favulus Aeneas vacua qui ludit in aula,  
 Te quoque suspirat tam cito deesse sibi.

Et nos te lacrymis pariter miseramur ademptum,  
 Flemas & humanas te pereunte vices.

19 Personellæ eius uxoris.  
 Te quoque dum casus flet Perrenella mariti

Post annum, in felix, mors properata rapit.  
 Scilicet Elysium solus ne cerneret axem,

Et viduus tristes duceret ille choros.  
 20 Michaelis Fabritii.

Fabritius merore animi, morboque peremptus,  
 Hac patria obtulit contumeliatum humo.

Cæperat hunc odium vitæ, lucisque, quod egro  
 Constarant mundi vota pudenda sui.

Omnia quæ quoniam fugiendi baud illa potestas  
 Quam cupit, hac potuit quæ ratione fugit.

21 Magdalene fabritiæ  
 Hocce marmore Magdalena tecta est.

Quæ sit querere dasne o viator,  
 Vnum hoc, delicias, iocosque molles,

Eodem sub tumulo sitos, memento.  
 22 Reuati Brialdi.

Brialdus isto conditus saxo iacet.  
 Quis sit viator si petis.

Brialdus iste, plurima adolescens speis,  
 Magnique patris filius.

Qui iura dicit terra qua pinguis iacet,  
 Qua Iulii nomen tenet.  
 Hic educatus maximas in spes patris,  
 Post lustra quinque mortem obit,  
 Sorore paulo mortua ante, quâ patens  
 Vtrisque fleret liberis.  
 Orbatus, intra quindecim fere dies,  
 Quis ante foelix plurimum.  
 Sic post periola, post labores irritos,  
 Domum reuersus occidit  
 Patrique misero nil nisi luctus graues  
 Et tot supersunt liberis.  
 23. Helenes.  
 Hic iaces Helene puella dulcis,  
 Et tecum pariter iacet venustas,  
 Et lepor cythere ius, decôrque,  
 Et quæ plurima castitas pudôrque,  
 Quo tu nemine clara præter omnes  
 Cui cum libera colla, nulla habens  
 Quæ possent retinere concitatâ,  
 Recto tramite deuiam morari,  
 Vt quicquid libitum liceret illud,  
 Non ulla prohibente te magistra,  
 Nec tamen macula ulla te notauit,  
 Nec viciniâ taminauit unquam,  
 Quâuis libera colla, nulla habens  
 Et leues aditus, leporque tantus,  
 Quantus sidereas Deas docebat,  
 Et risus faciles, iocique casti,  
 Et quæ tot furia bat usque amentes  
 Elegans nimis, & nimis pudica  
 Oris Forma, sororiânsque mamma,

*Nec dum lacte nouo papilla turgens,  
 Qualis quæ rosa mane purpurascit,  
 Quæ nunc, me miserum, male tenebræ  
 Orci, ut omnia bella, deuorant.  
 At nobis lacrymæ super perennes,  
 Quæis te prosequimur! nihil querentem  
 Iam de sorte tua, & beatiorem  
 Quam si longius obtigisset eum,  
 Annorum Priami que Nestorisque,  
 Rege coniuge, regioque sceptro.*

Francisci Girandi.

*Dum patria in media pestis discrimina ridet,  
 Denotumque caput mille pericula petunt,  
 Occidis heu, valida frustra consise inuenta.  
 Quoque alios condas conderis heu tumulo.*

Pibrachii viri clarissimi Parisiensis  
 curiæ præsidis.

*Pibrachi atatis nostræ qui Tullius vnus,  
 Curia quem stupuit tam celebrata loqui.  
 Finitimæ miratæ Urbes quem sepe tonantem,  
 Vel quali Arpinas, cecropidæ sue sono.  
 Horrida præcipuè gelidi sed terra Bootæ,  
 Sors quæ te, Errico Rege vocante, trahit.  
 Hoc etiam ptus es tumulo, & tua clausa quierit  
 Ora, quibus nulli cedere visus eras.  
 Ecce iacēs, sed muneribus defunctus & illis,  
 Maxima quæ viuens maximus ipse geris.  
 Nempe tuam virtutem istam non sæcula ferre*

Nostra, nec hoc poterant iudice stare, diu,  
 Dúmque oculos, Deus auertit, nec crimina nostra,  
 Vt meritum, vlcisci cogitat, igne suo,  
 Indignantem animã trahit hinc que libera tardo  
 Corporis amplexu summa per astra volat.  
 Miraturque decus celi, et flammantia templa  
 Scilicet, ut serò se petiisse dolet.

25

## Cerasii Patroni

Cerasius, qui neminem  
 Inuit suorum, conditus,  
 Hoc est, suorum nemine  
 Lugente saxo. Nam miser  
 Vir iste, dum nequis timet  
 Affinium, vel sanguine  
 Iunctus, ferat se nomina  
 Maiora, cunctos perfidus  
 Reiecit à se, nec manum  
 Offerre cuiquam unquam tulit.  
 Quare suorum nemine  
 Affinium, vel sanguine  
 Iunctorum in illius graui  
 Astante casu, hoc occubat  
 Tandem situs putri solo.

26

Iulii Cæsaris Scaligeri viri  
vndecumque doctiss.

Scaligeri ad laudem totus non sufficit orbis,  
 Nec satis est toto quicquid in orbe patet.  
 Quæris Aristotelem magnum, queris ne Platonat

En tibi Aristoteles, en tibi Aristoclees  
 Queris Virgilium potius, Musamne Catulli?  
 En tibi Virgilius, atque Cautulus adest.  
 Seu moles elegos, seu vis epigrammata multo.  
 Timēta sale, hic elegos, hic epigramma canit.  
 Verrius est idem, vel si quis doctior illo.  
 Quando aperit Latio nomina prisca suo.  
 Ante illum ut credas nulli nota esse Latina,  
 Solus ita illius sacra vestuta tenet.  
 Hippocratem quoque si posesis poscisque Galenum,  
 Vnus hic Hippocrates, Pergameusue tibi i  
 Nec non Priamides, & forti pectore Achilles:  
 Hostiles toties quod didicerem manus.  
 Agmine quas denso occurrens, melioribus annis  
 Sternebat, magna strage superbus ovans.  
 Vt iam Scaligeri ad tumulum cecidisse queraris  
 Alterum Aristotelem, Priamidemque simul.  
 Ni immauis, veterū quotquot decora amplapatētū  
 Scaligeri unius funere mersa, queri.  
 Si tamen unius, que tot communia fata,  
 Dixeris, aut plures non periisse putes:

17 Iacobi Peletarii, Medici Poetae  
 Mathematici.

Vir doctus Peletarius sed usque  
 In felix iacet hoc solo sepultus:  
 Nullo aut marmore, vel columna abena  
 Donatus, tenui tegente topbo  
 Vix urna cineres breui locatos.  
 Primus Francia plestra tangere ausus  
 Ludebat numeris modo bis, modo illis,

Multo cultius, elegantiusq̄  
 Quam quotquot fuerant eo priorès,  
 Quos tamen superant, & antecellunt  
 Longè, Francia quos tulit Poeta  
 P̄culò post quibus ille sponte cessit,  
 Et Musis leuibus valere iussis,  
 Magna non nisi cogitare cœpit.  
 Nunc mathemata, mox & Asculapi  
 Tractas Scrinia, singula & reuolens  
 Mox Aristotelis magis libellis  
 Addictus, modo de serens & illos,  
 Iuri iam iam operam velut daturus,  
 Et nouis cupiens vacare causis,  
 Et si onaria solus esse dum uult  
 Nil uita fuit vnus ille in omni.  
 Sed quid nunc? Equidè puto beatum,  
 Namque illi genesis sua aut. pusilla  
 Semper pollicita est, opes, honores,  
 Regni munera, principumque blãdas  
 Aures, & populi ipseus. fauorem,  
 Quæ mundo omnia, vanavisa tũ sint  
 Hoc nostrò, & tenui ille semper in re  
 Nullis principibusque, regibusque  
 Notus, nec populi fauore clarus,  
 Aetatem egerit, ut miser misellam  
 Felix denique sit necesse, in illo  
 Quo nunc auum agit altero ipse mundo.

13

Iacobi Gypylis medici clariss.

Gypyle Parrisia quem mirabantur Athene  
 Europa è tota cui studiosa cohors,



Quaque coit quisquis iuuenis melioribus annis  
 Excolit ingenius artibus ingenium  
 Quis te, quis miserum, tam tristi funere mersit?  
 Quis patrię eripuit, vir memorande tuę?  
 Tu decus omne tuis: viuo te Francia sælix:  
 Gloria salicem si tamen vlla facit.  
 Fœlicēsque magis quot quot tua sacra colebant,  
 Qui facilem institerant te præcunte diam.  
 Auspice quo emensi salebras decurrere plano  
 Gaudēbat stabiles calle regente pedes.  
 Te fines Itali, Rheenus te nouerat ante,  
 Te reneti in medio sæpe tulere sinu.  
 Non minus illorum quam patria verba tenebas,  
 Non minus et noras Græca Latina loqui.  
 Te nec Aristotelis, nec præteriere Platonis  
 Scripta, nec est illo quicquid in orbe boni.  
 Et Ptolemæos lustraras denique cursus  
 Illius enumerans sidera cuncta pede,  
 Omnia voluebas, nec rhëtoris vllius artes,  
 Vllius aut vatis te latuere lyra.  
 Es vates quoque summus eras, seu metrâ Latina,  
 Seu pangenda tibi carmina Græca forent.  
 Sed tibi præcipuè Hippocratis placuere libelli,  
 Cuius adhuc nulli mens bene nota satis.  
 Quem dum tu colis, atque huic vni sedulus instas,  
 Vt Latia indutus veste superbus eat,  
 Eriperis subita fato grassante ruina:  
 Tantaque te rapto cæpta repente iacent.  
 Nam quis magnificè de se tam senserit, ut se  
 Audeat hinc rapido credere sponte salo?  
 O duras sati leges. Periere labores  
 Ergo tot exhausti nocte dięque tibi

*Semper ut Hippocratem densa caligine condas,  
Quisquis cum humanis captibus usque negat.*

19

*Hieronymi Cardani viri  
Celeberrimi.*

*Cardane, quoniam plura mente complexus  
Quisquam es, habenda si fides tuis scriptis,  
Tene illa tandem saepe qua tuum torset  
Animum in quietum, & anxium sui fati,  
Mors nata: Tene perculit pari cunctis  
Funesta diua sorte? scilicet cuius  
Natura viuo cognita haud tibi est unquam,  
(Nam nemo viuus noscere hanc homo possit)  
Quae sita cogitationibus tantis,  
Cognosceretur ut, tibi obicit dum se,  
Contagione te, miser, sua infecit,  
Et si habere curiosior dum vis  
Natura mortis quae sit, exuis vitam:*

20

*Iacobi Hollerii medici clarissimi.*

*Dum vigili studio veterum monumenta reuoluit,  
Atque arcana virum, scitaque docta refert  
Et quicquid magnum tota fuit Hellade nobis  
Exigua in charta colligit Hollerius.  
Seu morbi ignoti certa ratione petendi,  
Quam magni Hippocratis pagina multa docet  
Seu noti auxiliis propriis, medicaque sugandi  
Arte laborantes qualia sola volunt.  
Quodque alii tantum verbis, re praestat, & egros  
Omne genus facili libe. at vnus ope.  
Atque ultra, innumeros praecipitis talibus implet,  
Qualibus hic nostro clarus in orbe viget.*

Ut toto hoc caelo languor procul exulet omnis,  
 Rarior & canos occidat ante dies.  
 Cernit in angustum interea sua regna redacta,  
 Nec pro materia mors scribunda dolet.  
 Sed miserum ante diem, prima adueniente senectute  
 Occupat, & stricto quem tenet ense ferit.

Francisci Rabelesii medici  
 doctissimi, facetissimique.

Nugator omnium optimus  
 Hoc lepide tellus occubat.  
 Quis sit, nepotes quarite.  
 Nam quotquot eius tempore  
 Vixere nonerant probé  
 Nugator iste quis foret:  
 Ut qui omnibus notus foret;  
 Et charus vnus vnice.  
 Scurram putabitis virum  
 Fortassis, & dicaculum;  
 Quique aucuparetur dapes  
 Dicitis facetis: non fuit  
 Hic scurra, nec dica ulus.  
 Quis è foro. Ast acumina  
 Selectioris ingeni  
 Ridebat humanum genus,  
 Et stulta vota sapius,  
 Et spes futuri credulas:  
 Securus & sortis suae  
 Vitam exigebat. prospero  
 Asslante vento perpetim.  
 Nec doctiorem illo tamen

Quem comperisses ludieris,  
 Quando relictis seria  
 Loqui placebat, & grauem  
 Induere personam sibi.  
 Non fronte quispiam minax,  
 Tristisque vultu tetricus  
 Senator, hoc aequè gravis,  
 Alto insidens subsellio.  
 Si magna, & anceps questio,  
 Docta explicanda industria,  
 Proponeretur, diceres  
 Vni patere maxima  
 Quaeque, atque natura sinum  
 Soli fuisse peruium  
 Hac ille eum facundia,  
 Quicquid volebat eloqui,  
 Efferre suetus, plurimis  
 Mirantibus, quibus iocis  
 Facetus hic dicacibus,  
 Solennibusque argutiis,  
 Opinionem iniecerat  
 Sui, velut docti nihil:  
 Cui nota, quicquid Græcia,  
 Latinumque quicquid potulit.  
 Et alter hic Democritus  
 Ridebat irritos metus,  
 Et vota vulgi, & principum,  
 Vanasque curas, & breuis  
 Vitæ labores anxios,  
 Quibus omne tempus degitur,  
 Quodcunque concessit fauor  
 Nobis benigni numinis.

*Quæ cuncta risit quandiu  
Ridere permiffum fuit,  
Dum Parca ridentem abftulit*

*Nunc Regia in Plutonia*

*Ridere crederem libens*

*Illim daretur fi tamen*

*Rifus ei hæc ecce cæfo*

*Quæ plurima hic feper data efi*

*Quæ nulla cum fit his locis,*

*Ad quæ ille deductus later,*

*Ridere vel iam defit,*

*Vel flere forfitan poteft.*

22

*Perionii viri doctiff.*

*Primus Aristotellem qui verba Latina loquentem  
Induxit fitus hic ecce Perionius.*

*Non hominem hunc, fed Aristotelis Hyperiona  
credas,*

*Si videas quantas expulerit tenebras,*

23

*Claudij.*

*Occidis ô prima quod Claudij, ineunte iuventa,*

*Et rapido auferris præcipitatus equo.*

*Debuerat te Bellerophon, Phaëtonue monere,*

*Non temerè audacis terga præmenda feræ*

*Sed pariter iacuit fonipes: refletur ut ille*

*Se vitam inuitum præripuiſſe tibi:*

24

*Ioannis Tapone.*

*Tapone nemo quo fuit magis simplex,*

*Rudifque, eorum quot quot aſpicit præbuit,*

*Vel qua iugales iungit & tenet primas*

*Metas reducens æri ſuum lumen,*

Vel qua fugacem languidus diem condit,  
 Quid nunc solutus corporis sapis vinculis?  
 An tu puellæ, quam tuo serunt multum  
 Arsisse armare, cui fidem dabas sæpè  
 Tuam futuram hanc coniugem, & virum te eius,  
 Memor pererræ Elysi plagis campi?  
 Tuane iam illa mente, si tibi restat  
 Mens vlla, vno nulla quæ, aut fuit parua,  
 Excussa? Lethes anæ aquæ, quibus potis  
 Obliviosa cuncta mente delentur,  
 Delere nequicre virginis charæ  
 Blandos ocellos, atque amabilès voces,  
 Quæ te tenebat simplicem, & rudem totum,  
 Vixque illius blandis ocellulis doctum  
 Amare tandem quid sit: o miser frustra  
 Amate amansque, si tuum tamen pectus  
 Blandus puellæ mouerat lepor talis,  
 Cui non fruis amoribus datum primis,  
 Consentiente parte utraque quantum vitæ:  
 Dissentiente sed nimis mala turba  
 Affinium invidentium vis rebus:  
 Quibus decebat omnibus, sequi spretis  
 Quod offerebat fors fauens boni, non te,  
 Horum arbitrato improvidum, & voluntate,  
 Fugere cupitos coniugis tuæ amplexus:  
 Dicenda coniux si videtur hæc cuiquam  
 Data cui fides sit nūminis fide sancta.  
 Sed tu miser, nec ista cuncta sciuisi  
 Tenenda, nec tete expedire fallacum  
 Hominum dolis inbiantium bonis illis  
 Tibi possidendis patrimonii iure,  
 Poteras, & illi, gurgites opum veri,

Tenuere longè dissitum à locis illis,  
 Vbi ardor, in tuas medullas primus  
 Influxerat, dum mors miserta sciunclum  
 Corpore ab amato vivere anxium tete,  
 Vnam sagitta sustulit animę quicquid  
 Restabat ista corporis tui mole.

25                   Stephani Iodelli.

Dum rides Pæana tuum castasque sorores,  
 Iodelli, & manis Martia castra sequi  
 Pieridumque choris præfers Mauarta uectors  
 Agmina, Mars nullus Apollo sanet.  
 Aeschyleos poteras, solus superare coturnos,  
 Pindaricoque aliquid grandius ore loqui.  
 Iamque Menandri soccis accinctus, & illo  
 Sirmate, quo regum funera dura gemunt:  
 Et Cleopatraeos questus, Didusque canebas:  
 Ante tuos ortus Francia tale nihil.  
 Seu Latias tetigisse fides, seu pleetra iuaret  
 Francia non humili sustinuisse manu.  
 Quis te aliò ergo Deus, quæ te dementia vertit?  
 Ingeniũ, ut caderent tot monumenta tui.  
 Utque, illis spretis, ad quæ natura crearat  
 Te, peteres multum quæ nocitura forent.  
 Iure ergo præcepta omnis laus illa, sequendo,  
 Quæ, tibi Pieridum pleetra, futura fuit.  
 Nec quesita tibi per tot discrimina rerum  
 Gloria, quam sperans acer in arma ruit.  
 Atque opibus fractis, non ullo nomine parto  
 Militiæ, & nullo vulnere lasus obis.  
 At tua tot periere serè, quæ carmina spressi,  
 Et sola ex illis gloria parta manet.

Antonius, viator hoc Defranus,  
 Tympo sepultus: cogit antem quem nibil  
 Casus futuri, perfodit, teterrimus  
 Grassator, ære qui soiebat quas libet  
 Certo occupare improvidos, & aggredi:  
 Quales videntur plurimi multis locis:  
 Quo nocte caca, sæpè item medio die,  
 Multi petiti incogitantes occidunt:  
 Italia quales peperit antè & nunc parit,  
 Nostramque ad usque conuomens terram exspuit.  
 Hoc illi acerbum funus æmulus parat.  
 Qui cum fauore, & gratia sese minus  
 Isto valere cerneret, taleis dolos  
 Molitur hostis, expedire se quibus  
 Nesciuit ipse. Nam prius per viscera  
 Gladius adactus quam quis hostili manu  
 Se petere, hic aduerteret. iustus tamen  
 Impune non fuit Deus tantum scelus  
 Abire: comprehensus at sicarius  
 Deditque pœnas, & capite facinus luit,  
 Supplicia morte acerbiora perferens.  
 Nam cruribusque, brachiisque, & artibus,  
 Et vniuerso corpore infracto, graui  
 Gemente plaga, & efferatis ictibus,  
 Multas per horas totus & siti, & fame,  
 Et vulnerum doloribus grauissimis,  
 Ixionis super impositus atre rote.  
 Efflauit animam monstrum hominis hoc perditam.  
 At alter ille qui parauerat dolos,  
 Fuga salati consulens, nec quem locum  
 Petebat assequutus, & miser in diés,



Gravi premente teste conscientia,  
 Magis, magisque, languet, atque Erynnias  
 Truces facibus ardentibus cœclas videt,  
 Et usque, quem meretur exitum, tremat.

Ioannis pennæ Mathe-  
 matici doctiss.

Penna, quibus possim, pennis sublatus ad æream,  
 Dicere quas laudes, quod mereare decus.  
 Quem iuuenem primis vix dum florētibus annis,  
 Sæpius obstupuit Sequana tanta loqui.  
 Et lacrymas subito erepto tibi, instaque soluit,  
 Qualia tam charo persolüenda forent.  
 En ego, nunc etiam admirans tua grandia scripta,  
 Prosequor, & lacrymis te miserande, meis.

Ludouici Regii.

Regius, hoc humili post multa pericula busto,  
 Conditus ecce iacet,  
 Quem cum diuitiis rex, atque auxisset honore  
 Multiplici, ille tamen  
 Et decoxit oper, auidamque ingessit in aluum  
 Quicquid adeptus erat.  
 Dum tandem ætate affecta, atque grauantibus  
 annis,  
 Pauperis in tuguri  
 Culmine, substrata pro plumis mollibus, alga,  
 Vel leuibus paleis,  
 Aegram animam istius cep-runt tædia vite:  
 Quæ sua damna gemens  
 Effugit, & frustra retinentia claustra relinquit,  
 Alterum aditque polum:  
 Si tamen Elysiis pantus eminent alter in oris,  
 Fortis & arbitrio

*Sicuncta, aut plura, ut nostra hac regione, feruntur  
Cautior esse cupit:*

*Tertia, ne frustra quæ querat, sidera desint  
Perpetuo misero.*

28 Guilelmi Postelli.

*P. stellum longæua dies hac condidit urna,  
Plurima post terræ, postque pericla maris.  
Namque vagus varias errauerat ille per vrbes,  
Quæ noua mens cupiens semper, & aura tulit,  
Solis & Hesperios obitus lustrauerat idem,  
Et matutinas exorientis aquas  
Mænia Rixante quondam gratissima Diuis,  
Et tot, Turca, armis subdita regna tuis.  
Et Solymam, & latos Iordanis viderat aminet  
Et Ptolemææ, littora victa Phari:  
Caucaseas rupes, & duri vincla Promethei,  
Quæque petunt summium Caspia saxa polum.  
Tôtque ille edoctus linguas quot vidimus ipse,  
Et testantur adhuc quæ monumenta viri.  
Ut vario celo, variis ut fluctibus actus,  
Sic animi variis æstibus implicitus.  
Omnia quæ tandem vitæ meliore potitur  
Deserit, errores videt. & ipse suos.*

*Ioannis Calui procuratoris in vestigalibus*

*Regiis Iulioduni.*

*Magni consilii patronus isto  
Caluus sub tumulo iacet, viator:  
Cuius singula nosse si laboras,  
Hæc paucis ita habere bonus, piusque  
Et iuris studio eloquentiaque  
Tanta, clarus ut esset inter omnes.  
Cæteros, patrique ocellus alter,*

Hunc tota patria gemente, longio  
 Post tormenta mali, senem sorores  
 Quæ nent flamina nostra, sustulere.  
 At sui lacrymis & eiulatu.

Quem par est miseris haberi honorem,  
 Quanquam ingratus bonos, nimisque inanis,  
 Hoc tristis posuere eum sepulcro.

29 Caroli Noni Regis Franciæ.

Bella nisi, & cades, toto quid tempore Regni,  
 Vidisti, ô regum Carole nonè decus.

Tû quoque bella vides, cli mors miserata dolët,  
 Te rapuit terris, inseruitque polo.

30 Camillæ Doinæ

Amplexu molli redeuntem in tella parentem  
 Excipis, ille tibi dira venena refert.

Nam dum pestifera vexatam strage per urbem  
 Errat, & incautus nulla pericla fugit.

Ille sui securus adest: at tu obuia patri.

Funereum virus quod gerit, ipsa bibis  
 Scilicet in tenui vestis quod sederat ora:

Nec te unam at multos exitus iste tulit.

Sed te unam ex aliis cuius fecundia tanta,

Tantâque siamoso gratia in ore fuit:

Et tantus decôr in roset qui pectore sedit,

Possêt et ingratus sollicitare colos.

Ingrata tamen ætheri sidote sorores

Ingenii possent ponere divitiem.

Sed nulla immites placant sèra peçora Parçæ

Laude vel ingenii, laude vel eloquiè.

Nam si aut ingenii placari laude, vel oris

Possent, quæ nobis flamina nostra legunt.

Placasses nempe ingenio has dulciquæ loquela,

Quique decore tuo multus in ore fuit,  
Renati Messelii.

Qui situs hoc tumulo est imbellis viribus, atque  
Dextra tamen dum iurgia  
Sponte ciet, pugna in scelix congressus iniqua,  
Confossus ense concidit,  
Heu cur non animis tantis vis digna? Perisses  
Quisquis fuisses obuius.

Trium fratrum

Treis fratres sors dura, una, non sorte, peremit.  
Febre cadit primus, peste secundus obit:  
Tertius ast aliter, miseri nam fata peregit,  
Qui medium in pectus mucro inimicus ijt:  
Sola relicta soror pede clauda, & tumine lufca,  
Gibba humeros, naso tetra mepbitis olet.  
Sic post Pelidæ, Therfites, funera, viuax,  
Et belli, atque maris cæca pericla fugit.

FINIS.



## EPITAPHIVM PETRI

Desiræi.

**V**T perimat binos vno mors inui-  
da telo,

Vnigenæ luctu corda paterna ferit.

Sed pia iâ patrè afflictu patiétia munit,  
Vt bona missa polo, sic & ad épta ferés.

Ergo meis annis illi Deus augeat annos,  
Iacturá vt reparet lóga senecta patris

# PRIVILEGIUM

**R**egia Maiestatis Privilegiò Cantuacame est  
ne quis Latinam P. Bulergeri Iuliodu-  
nensis in Aphorismos Hippocratis paraphrasin  
vna cum eiusdem tumulis citra Guillelmi  
Linocerii, Bibliopole voluntatem ante decen-  
tium imprimat aut alibi impressam importet  
venalemue habeat: Qui secus faxiet, prater  
librorum confiscationem indictam pœnis mul-  
tabitur, quæ Regio diplomate exprimiuntur,  
abrogatis etiam literis alijs huic privilegio  
contrarijs: Datum Lutetia 26 Die Decem-  
bris 1586. subscripto chirographo ad hoc  
exemplum per Concilium.

DE LETORLE.

